

B. C. D. 13

# SCIAGRAPHIA MORBORUM,

Cujus

PARTEM SEXTAM,

VENIA EXPERIENT. FACULT. MEDICÆ  
IN REGIA ACAD. ABOËNS.

VENTILANDAM EXHIBENT,

PRÆSES

DN. DOCT. JOHANN. J.  
HAARTMAN,

Affess. atque Medic. Profess. Reg. & Ord. E-  
ques Reg. Ord. Was. atque Membrum Reg.  
Acad. Scient. & Soc. Patr. Holm.

ET

RESPONDENS

ALUMNUS REGIUS

JOHANN. FRED. WALLENIUS,

*Aboënsis.*

In Auditorio Majori Die **VIII.** Junii  
Anni MDCCLXXXI.

*Horis ante meridiem solitis.*

---

A B O Æ

Impressa apud Viduam Reg. Acad. Typogr.  
JOH. CHRISTOPH. FRENCKELL.

SCIENTIARUM  
MORBORUM

VENIAE EXPERIMENTI ACADEMIAE  
MEDICAE  
PRAESIDES

DR. DOCT. JOHANNES  
HAAKEMAN

Acad. Scient. & Nat. Holm.  
Reg. Ord. W. & M. Medicus Reg.  
Acad. Scient. & Nat. Holm.

RESPONDENS  
Alumnus Regius

JOHANNES ERICUS WALLINUS

In Auditorio Majori die VIII Junii  
Anni MDCCLXXI

Impressit apud Viduam Reg. Acad. Typog.  
Joh. Christoff. Franckel.

## CLASSIS VI.

PRIVATUM, f. *Debilitates; Paralytodæi* Sauv.  
*Quietales* v. Linn. *Adynamia* Vog.

Brister.

Sensationum & functionum imminutiones l.  
 imbecillitates.

## ORDO I.

PARALYTICI, f. *Langviores; Comata* Sauv. *Soporosi* v. Linn. *Trøgheter.*

Languidæ & soporosæ functionum animalium  
 debilitates l. privationes.

Gen. 125. LASSITUDO. *Copos* Græcis. *Languor virium.* *Kraftløshet.*

Molestus & gravativus Muscularium languor,  
 cum diminuta potentia ad motum.

Spec. 1. LASSIT. PASSIVA, acuta Muscularium,  
 c. desiderio acquiescendi. *Lassitudo* Sauv.

v. Linn. Vog. G. 222. *Fatigatio.* *Trøthet.*

a) — *Dietetica*: a) a labore l. lucubrat.

b) a calore Aëris l. Hypocausti, — S. 1. 4.

Asthæn. Virgin. S. 2. c) a frigore, & cohib.

transp. Asth. Amer. S. 16. d) virgulis l. flagellis castigatorum;

e) a crapula; *Last* S. 5. a.

f) a fame & inedia l. *Diata Olygochyla &*

*Ptisanis*; g) exhalat. putridis.

b) — *Pathematica*: a) ex Ira, terrore,

U 3

metu,

metu, gaudio, effræno &c. Lassit. Path. S. 2.  
Asth. Path. S. 7. b) a vigiliis.

c) — *a Drastrictis*: cfr. Lassit. ab Inanit.

*Curatur* alimentis liquidis boni succi, &  
dormitione, l. Hypnoticis.

Sp. 2. LASSIT SANGUINEA, nec quiete nec ci-  
batione reparanda. *Langvor* v. Linn. *Asth-*  
*ania* Vog. G. 223. Matthes.

a) — *Tensiva plethorica*: a) sedentario-  
rum; b) a cohib. evacuat. Mensium, Hæmor-  
rhoidum, &c. Asth. nat. S. 17. Lassit. a Pleth.  
S. 5. b.

b) — *Pblegmonosa*, s. pingvedinosa, a ni-  
mia pingvedine. Dâstas Matthes.

c) — *Cacochylica*: a) Chylopojetica & Ca-  
cochymica. Mod. sicut. Asth. Pannon. S. 1. b)  
a consolidatione Ulcerum; c) a spirituositas,  
Arack &c. Asth. Amer. S. 16. d) a disposi-  
tione Rachitica Infantum. Asth. S. 17.

*Cura*: Phlebotomiam, Laxantia, Elect.  
Mundif. cum Antim. crud., Fonticulum & ex-  
ercitationes Gymnasticas requirit; Pingvedi-  
nosa vero Saponacea &c. conf. Apopl. San-  
guineo-pneumonicam.

Sp. 3. LASSIT. AB INANITIONE, cum impoten-  
tia extra lectum se movendi. *Asthania*  
Sauv. v. Linn. *Adynamia* Vog. G. 225.

Ulmârglad.

a) — *ab inedia*: Asth. abstin. S. 14.

b) — *Fluxuum*: ab Hæmorrhag. Alvi-  
fluxi;

fluxibus &c. Asth. ab inan. S. 11. Laff. a fluxu, S. 3.

*Cura:* Vitriolicis & Eupeptis levatur.

Sp. 4. LASSIT. PARALYTICA, c. sensus motusque langvore. *Torpor*, Vog. G. 224. *Atonia* v. Linn. *Paresis* Sag. *Clapphet.*

a) — *cutanea*: ctr. Proptofin Cl. VII.

b) — *Musculosa*: a) Palpebrarum, *Ptofis* Vog. G. 235. b) Paralyticorum.

c) — *Senum*:

*Cura:* Electrica &c.

Sp. 5. LASSIT. CHRONICA & COMPLICATA, f. Symptomat. cum successiva pulsus & virium vitalium abolitione.

a) — *Febrium*: speciatim Synochi putridæ & Hæmitritæi. Laff. Febr. S. 6. Asth. Febr. S. 8.

b) — *Dolorum*: cruciatuum Rheumaticorum, Rheumatismi, Arthritidis &c.

c) — *Exanthem.* Variol. Rub. Petech. Miliaris, Elephant. &c.

d) — *Catarrhalium & Profluviorum*, Leucorrh. &c.

e) — *Nervosor.* Hypoch. Hyster. Asth. S. 12.

f) — *Privatitorium*: Syncopis, Comatum, Paralyseos, Asthmaticorum &c.

g) — *Intumescentiarum*: Oedemat. & Hydrop. Scorbut. Cachexiæ, Ictericorum, Milacosteonis &c. Laff. Cachect. — Scorb. S. 7. 8. Asth. ab Hydroc. — Cachect. Scorb.

Chlorot. Rachit., ab Osteofarc. S. 3. 4. 5. 6. 10. 15.

b) — *Marasmodum*: Hectic. Atrophiz, Apoftematis, Ulcerat. & Deformatum, Asth. Siphlid S. 13.

*Cura*: Morbi primarii, cum antecedente associata.

Gen. 126. STUPOR Sauv. v. Linn. *Obdormitio*;

Domning.

Sopor transitorius & partialis Artuum, cum alicquali sensus motusque læsione.

Spec. 1. STUP. PASSIVUS.

a) — *Dieteticus*: a) a frigore l. gelu, S. 3. b) a ligatura, pressione, l. contusione; S. 1.

b) — *a tactu Torpedinis*: S. 4.

*Cura*: Frictio, sicca l. Vinosa, l. Magnetica adhibenda.

Sp. 2. STUP. VENTRALIS, cum nausea.

a) — *Saburralis*: S. 8.

b) — *Biliosus*:

*Cura*: Emetica l. Emetico-Laxans Medici-  
cina, has pituitas solvit.

Sp. 3. STUP. SANGUINEUS, cum formicatione.

a) — *Plethoricorum*: — formic. S. 2.

b) — *Cacoehymicorum* & *Pituitosorum*:

c) — *Pingvium*:

*Cura*: V, Sect. & Salia Amara.

Sp. 4.

## Sp. 4. STUP. COMPLICATUS.

- a) — *Febrium*: Malignar. &c.  
 b) — *Dolorum*: Peripneumoniar, Calculo-  
 forum. — Rachial. & a Necrosi, S. 6. 7.  
 c) — *Exanthematicor.* — Miliaris, S. 5.  
 d) — *Nervosorum*: Hystericar. &c.  
 e) — *Privatitior.* Comatosus, Apoplect,  
 Paralyticus, Ischuriæ &c.  
 f) — *Intumesc.* Hydrothor. Sphaceli, &c.  
*Cura*: Antecedentis & morbi primarii.

Gen. 127. COMA, f. *Cataphora*; Vog. G. 232.  
 Sômnifera.

Omnis naturæ modum excedens ad somnum  
 propensio, sine renovatione virium, &  
 sine stertore.

Spec. 1. COMA VIGIL, f. levior sopor, ex quo  
 vellicati evigilant, sed mox in ipsum re-  
 labuntur, & ad quæstiones inordinate re-  
 spondent. *Agrypnocoma* Græcis; *Typho-*  
*mania* Sauv. Divala.

a) — *Passivum*: a) a Scolopendriæ mor-  
 fu; Typh. martin. S. 5. b) a partu, *Siriasis* in-  
 fantum, Cephalit. Sic. S. 4. Apopl. suspir. S.  
 10. c) a Vermibus, Typh. S. 4.

b) — *Symptomaticum*: a) Februm, S. 1.  
 3. b) Dolor. & Profluv. c) Eclamps. d) He-  
 cticorum & Pleumonidis &c.

*Cura*: Anthelmintica & Antiphlogistica.

Sp. 2. COMA LETHARGICUM, cum delirio & profundiori sopore, atque oblivione, & male colorata facie, associatum. *Lethargus* Sauv. *Lång slummer.*

a) — *Passivum*: a) litteratorum — S. 7.  
b) Pathemat. a contumelia, Typhus Hyster. verm. S. 4.

b) — *Sanguineum*: a) Plethoricum, b) Cachecticum; c) Febrile, *Lethargus*, Vog. G. 22. Typh. cont. S. 2.

c) — *Complicatum* & Symptomaticum; Synochi, Hæmitritæi, Intermittentium, Cephalitidis, Peripneumonix, Metast. Arthritidis, Hydroceph. int. &c. Leth. S. 1. 2. 4. 5. Cataph. Com. S. 2. Car. S. 8. 18.

*Cura*: Antiphlogistica, Clysmata c. Scilla, Vesicantia, Scarific. Sternuramenta, aliaque revellentia fortissima, nec non Scammon. cum dupla portione Castorei adhibenda.

Sp. 3. COMA AMBULATORIUM. *Somnambulismus* Sauv. v. Linn. *Hypnobatafis* Vog. G. 340. *Edmngång.*

a) — *Sanguineorum*: — vulg. S. 1.  
b) — *Complicatum* & Symptom. — Catalept. S. 2.

*Cura*: V. Sectio, evacuatoria & derivatoria, vere & autumno, & Diæta temperatior vespertina, maxime sunt proficua.

Sp. 2. COMA SOMNOLENTUM, cum justo majori in somnum inclinatione. *Somnolentia* v. Linn.



v. Linn. Vog. G. 233. *Cataphora* Sauv.

Edmagnig.

a) — *Passivum*: a) a vigiliis, laboribus &c. b) Pathemat. Sag. 7. c) gravidarum &c. conf. Complic. & Speciem sequ.

b) — *Sanguineum*: a) plethoricum; b) pingvedinosum obesorum; c) Cachexiæ, Phlegmaticorum &c. S. I. 3. 7.

c) — *Complicatum* & *Metastaticum*: a) Arthrit. b) Exanthem c) Epilept. d) Hydroceph. S. 4. 5. 6. 8. Cachecticum, a consolidatione Ulcerum; a repulso pedum Oedemate; a præcipiti Ptyalismi suppressione.

*Cura*: Fonticuli, Laxantia Antiphlogistica, nec non Saponacea & Decocta Lignor. ut & *Pilulæ Bakeri* de Extr. Helleb. n. Vin. — Myrrh. aquoso & Pulv. C. Ben. cum Reg. Antimon. Medic. acutæ, his profunt.

Sp. 5. COMA CAROSUM, c. somno altissimo, ex quo vix excitari possunt. *Carus* Sauv. Vog. G. 231. *Parapoplexia* Boerh.

Lång-Lungsfö.

a) — *Passivum*: a) verminosum S. 7. b) traumaticum S. 5. c) a frigore S. 15. Leth. a frig. S. 5. Asphyx. a frig. S. 5. d) ab insolat. S. 12. e) a plumbag. S. 10. f) a Narcot. opio, Hyosc. &c. S. 14. Leth. a Narc. S. 3. a. g) a fumo Carb. Car. S. 14. b. h) a pathemate, Hystericar. conf. Transact. Angl.

b) — *Sanguineum*: — Spont. S. 1. Casus singu-

singularis refertur in Phil. Transact. Vol. 24. N. 304. cfr. Leskes Auserlesene Abhandl. T. I. p. 277.

*hystericum*  
 c) — *Symptomaticum* sapiusque *Metastaticum*: a) Arthrit. S. 6. b) Nyctagmos S. 17. c) Ischuricum S. 4. d) ab Hydroceph. S. 16. e) Catalepticum cfr. Catalepsi in Rigorum Cl. V. Hystericar. & Hypoch. S. 9. 13. cfr. Spasma fauc.

*Cura*: Syncoptica & Lethargica tentanda, uti etiam Clysmata cum Scilla ad Dr. j.

Gen. 128. SYNCOPE. *Leipothymia* & *Syncope* Sauv. v. Linn. Vog. G. 273 & 274. *Asphychia*, *Deliquium animi*.

Swimming, Däning.

Virium vitalium lapsus subitaneus, cum Vertigine & Syrigmo, nec non cum pulsu ac respiratione debilissima, sub sensuum motuumque temporaria feriatiōe.

Spec. I. SYNC. PASSIVA.

a) — *ab Antipathia*: Felis, muris, casei, sanguinis, fulminis &c. S. 9. Orth. ab anth. S. 15. b) a V. sectione, Sync. S. 4. a. c) ex odore Ambrosiacorum l. Svaveolentium, Moschi, Cascarill. Lavand. &c. S. 6.

b) — *Pathematica*: ex aspectu horrendorum, nec non a leviori animi affectu, cum terrore l. ira &c. Leipoth. Pathem. S. 1. Asphyx. Pathem. S. 7. b. Sync.-path. S. 21.

c) — *a Dolore*: a) verberum, b) ex Arsen. applicatione ad Ulcer. S. 10. b. c) operatione Chirurgica.

d) — a

d) — a *Venenis*, Drafticis, emeticis; opiatis & acribus. S. 13. c. ex odore putridorum, S. 10. a. a fumo Carbonum, & ictu fulminis, Vog. Præl.

e) — *Dietetica*: a nimio calore conclavium l. balneorum, pervigiliis, immodica venere, conf. Sp. 4.

f) — *Traumatica*: a casu, commotione capitis, a calcis ictu in abdomen, &c.

g) — *Gravidarum*: a) a conceptione; b) a foetu mortuo. S. 14. b. c) ab inanitione ex partu. Orth. S. 19. a.

*Cura*: Renova Aërem, & dimove causas occasionales; naribus e contrario admove Spirit. Sal. Ammon. succin. l. suffimenta foetida, facieique acetum; & postquam ad se redierint Syncoptici, Vinosa & Analeptica illis propinanda sunt, nec non Anodyna, si a dolore l. ira sit. Illa a phlebotomia, prævertitur situ horizontali, aqua in ore detenta, interpolatione phlebotomiæ digito venæ appresso &c.

Sp. 2. SYNC. STOMACHICA, cum nausea.

a) — *Saburralis*: a) a repletionem; b) a Dyspeptis, Caseo, Fungis &c. S. 13. e. c) a materia acri, putri, maligna. S. 13. f. d) a flatu stomachum distendente, Vog. Præl.

b) — *Verminosa*: Thomson. S. 13. d. 4. b.

*Cura*: Emetica, posteaque Spir. Antiscorb. Drav. c. Cascar. l. Elix. Valer. Compos. exigit. Contra Vermes D. D. Thomson Scr. j Calomelis

ut

ut purgans, & Pulv. Fl. Tanac. Sem. Cin. & Vitrioli M. ana Dr. j, vel Pulv. Stanni ad Dr. ij, ut Anthelm. propinavit.

Sp. 3. SYNC. SANGUINEA, c. scotomia & vertigine.

a) — *Plethorica*: S. 5.

b) — *a suppressis evacuationibus*:

c) — *ab Obstructione alvina*:

d) — *Febrilis*: Syncopalis Vog. G. 29. S. 17. conf. Hæmitr.

e) — *Metastatica*, a consolid. Fonicul. &c. S. 20.

*Cura*: V. Sectio, Clysmata salina, Errhina, Cephalica, ex Spir. Frobeni, aliaque Analeptica conveniunt.

Sp. 4. SYNC. AB INANITIONE.

a) — *ab esuritione & fame*: S. 13. a.

b) — *a fortiori evacuatione*: alvina, l. larga V. Sect. Venere, alvi fluxibus, Menorrhagiis Puerperarum, a Paracentesi, Lithotomia &c. Orth. ab inan. S. 19. b. Orth. a venere, S. 3. Sync. ab inan. S. 1.

c) — *Senum*: a defectu spirituum &c. Fisch. de Senio, Cap. II. §. 37.

*Cura*: Vires refocillandæ, Jusculis, Gelatinis, ovi vitello, vino & Cinnamomi pulvere commixto; Vinis meris dulcibus l. spirituosus leviter aromatizatis. Puerperarum & quæ a Paracentesi oritur, cingulis abdominalibus præcavetur.

Sp. 5.

Sp. 5. SYNC. COMPLICATA l. Symptomatica.

a) — *Februm*: tum in initio, tum in vi-  
gore S. 3. a.

b) — *Dolor*. a) Gastritidis, Pleuritidis &c.  
S. 3. b) Rheumaticorum & Arthrit. Co-  
licæ, Gastrod. Cardiogmi, & Ang. Pectoris,  
S. 2. 7. 13. 16. 18.

c) — *Exanth.* a) Pestis, &c. S. 19. b) Me-  
tastatica, a repul. Scabiei &c.

d) — *Profluv.* Hæmorrhagiarum, Catar-  
rhor. & fluxuum vomiturientium &c.

e) — *Nervos.* Hystericarum, &c.

f) — *Privatit.* Apopl. Anorex. Dyspn.  
Asthm. A(phyx. &c. — Stom. S. 13. g. Lei-  
poth. Stom. S. 2.

g) — *Intumesc.* ab Hydrocard. Polypo,  
Sphacelo &c. S. 8. 12. 14. a. 15. Orth. ab  
Hydroc. S. 23.?

h) — *Marasmod.* ab Hectica consumtio-  
ne, S. 11.

*Cura*: Antecedentis & Morbi primarii,  
conf. Vog. Præl. §. 606.

Gen. 129. APOPLEXIA Auctorum. *Attonitus*  
*Morbus Lommii.* (\*) *Stag.*

Est privatio subitanea sensuum in- & exter-  
norum, motusque animalis, cum pulsu  
duro & stertore.

Spec. I.

---

(\*) Conf. Diss. D. D. & Prof. Avellani de Apople-  
xia, sub nostro præsidio.

Spec. I. APOPL. PASSIVA.

a) — *Sporadica*: hiemalis l. æstivalis, a constitutione calida l. frigida aëris, Autumnalis l. Vernalis, a vicissitudine ipsius, cfr. Sp. 2. Diff. citatæ. Aph. Congelat. S. 5.

b) — *Dietetica*: a vita voluptuosa, Vinosa l. crapulosa & desidiosa, cœnatione, somno Merid. motu vehement. refrigerat. l. insolat. Balneis, l. compressione Jugularum cum collare quocunque &c. Apopl. temul. S. 3. conf. Sp. 1. & 5. Diff. cit.

c) — *Narcotica*: Carbonaria a nidore Carbonum, Calcis V. Fulminis l. Mat. Electr. a fumo Tabaci, Opiatis & Narcot. &c. Ap. Mephit. S. 14. cfr. sp. 6. Diff. cit.

d) — *Pathematica* & Spasmodica: a terrore l. ira l. profuso gaudio; Venere, studiis & vigiliis, cfr. Apopl. ab inan.

e) — *Traumatica*: a commotione l. ictu capitis, alapa, Contusione, fractura l. impressione cranii; — Traum. S. 2. & sp. 23. Diff. b) Amputatione; c) Suspenforum &c. sp. 22. Diff. d) a valido calcis ictu in Abdomen orta &c. Aph. traum. S. 14.

*Cura*: Generalis eo intendat, ut evacuan-  
do solvatur Hæmostasia cerebralis, & deri-  
vando removeatur impetus a capite, quod  
fit: situ convenienti ægroti in sede lumbaria,  
capite ad latus inclinato, pedibusque pendu-  
lis; Clysmatibus bene salitis; V. Sect. & post  
unam alteramve horam Arteriotomia tempo-  
rum, vel Scarificatione Nuchæ, l. Hirudinibus  
pone

pone aures; Cucurbitis cæcis, potissimum circa futuram sagittalem & lambdoideam, Laxantibus Antiphlog. Sennatis, Sialogogis, Er-rhinis &c. D. Arch. Vogel Periscyphismum Sincipitis, vel ferrum candens nuchæ l. plantis pedis applicare commendat. Porro promovenda erit solutio inflammationis refrigerantibus, e. gr. Salinis, Nitrosis, Tartarificis, sero lactis Citrato, Julap. Refocill. v. Rosenst. &c. & resolventibus e. gr. Junckeri ex Tinct. Antim. c. Arcano Tartari. Remota Inflammatione, Vesicantia etiam ad Paralytin removendam applicari possunt. *Narcotica* cyathum Aceti Vini c. Oxym. Scillitico requirit.

*Prophylactica Medicina* malum avertit temperantibus, alvus aperta Diæta tenuiori servatur, & tonus Vita laboriosa in aura rurali restituitur; securius est Diæteticè vitam tenere, quam voluptatibus irretitam præmature & de repente necare.

Sp. 2. APOPL. VENTRALIS.

a) — *Saburralis*: ab indigestione.

b) — *a pituita Ventris*: conf. sp. 15. cit. Dissert.

c) — *Verminosa*: S. 15.

d) — *Biliosa*: Sp. 17. cit. Diss.

*Cura*: Peracta V. Sectione & alviductione Clysmate, Emetica Antimon. l. Emetico-Laxantia, posteaque Ess. Febr. n. requirit.

Sp. 3. APOPL. EX INANITIONE? Syncopalis.

X

a) — *ex*

a) — *ex Uteri Hæmorrhagia*; Stœrckii An. Med. secund. p. 136.

b) — *a profusissimis alvi Fluxibus*: id. l. cit.

c) — *Senum: a defectu spirituum*: a Meditatione, Venere, Mœrore &c. Sp. 19. Diff. conf. Syncop.

*Cura*: Analeptica; conf. Syncopis. For-  
san spiritum Antisc. Dr. c. Elix. Pareg. & Ess.  
Cascar. simul exigit.

Sp. 4. APOPL. SANGUINEA.

a) — *Hæreditaria*, s. habitualis, a brevi-  
tate colli, gibbositate, ex Art. Vertebralis or-  
tu ab arcu Aortæ, a dilatatione Venæ Jugul.  
constit. laxiori enceph. & Sexagenariorum &c.  
Ap. sangv. S. 1. cfr. Sp. 4. Diff. cit.

b) — *Plethorica*: a) laute viventium &  
ex omiſſa V. Sect. b) a suppressis l. intempesti-  
ve cohibitis, evacuationibus, Epistaxeos, Hæ-  
morrh. &c. / cfr. sp. 3. Diff. cit. & *Apopl. Compl.*

c) — *Pneumonica*, a retenta respiratione:  
a) pinguedinosa, a nimia obesitate; b) a ri-  
ſu, nixu, Tussi, Vomitu, Sternut. c) a medita-  
tione, inclinato antrorsum corpore, l. reclina-  
tione capitis ad Terram, ex onere elevato l.  
in capite gestato; d) a distentione ventris, cfr.  
sp. 7. 8. & 14. Diff. cit. e) a violento exer-  
cizio corporis, clamore, oratione, cantu arti-  
ficioso; f) nixu in deponenda alvo l. foetu,  
l. quando se ad somnum in alterum latus ver-  
tunt. Fischer de Senio §. 40.

d) — *Puerperarum*; a deviatione Lactis,  
Deleurye. *Cura*:

*Apople-*  
*g. 12.*



*Cura:* Antiphlogist. cfr. sp. 1. Scarificationes singulis mensibus, l. V. sectiones æquinoctialibus iteratæ, recidivum præcavent: uti etiam duæ l. tres rotulæ de Nitro Tabulato quovis mane pedetentim deglutitæ. Pingvedine laborantibus convenit Dr  $\beta$  l. j Sem. Sinapi quovis mane deglutire, vespere vero Ess. Febrilem n. uti etiam Pilulis Saponaceis Alicantinis alvum movere. Carnes porcinas & bubulinas, panificia butyro l. ovis nimis saturata evitent, corpusque sæpius ad udorem usque exerceant. conf. Polysarciam Cl. VII.

Sp. 5. APOPL. PITUITOSO-SEROSA, Lethargica, a lentore pituitoto frigido, c. facie sublivida, tumore sub oculis, sæpiusque cum insultibus Paralyticis.

a) — *Metastatica:* a) a consolidat. Ulcer. b) sudantis corporis refrigeratione, l. a retrocesso pedum sudore; c) a male curata quartana; d) a Podagra retropulsa & mat. Arthr. conf. Apopl. Compl. & Sp. 12. 16. & 20. Diss. cit.

b) — *Cachectica:* a suppressis Catarrhis, Leucorrhœis, S. 7. ab aëre, Asphyx. flat. S. 12. a coluvie serosa, gelatinosa, ichorosa & lapidea, vitiis vasorum intra Meninges, a cessata evacuatione aquæ limpidæ per nares.

c) — *a Concretionibus* morbofis, Atrabiliariis &c. intra l. extra calvariam &c. conf. Sp. 18. Diss. cit. & Ap. Compl. Cl. VI. VII & VIII.

d) — *Spinalis?* Asph. Spin. S. 15.

*Cura:* Clysmata validiora c. Scilla l. colocynthide; Laxantia fort. & Vesicantia in par-

te capillata admodum Wepferi, cum Empl. Oxycroceo. Cucurbitæ cœcæ, turundines de Peto in Naribus, & Ammoniacalia, e. gr. Liqu. C. C. succin. l. Spir. Sal. Amm. Succ. Würt. interne, inter maxime necessaria habenda. Si rubor faciei l. Oculorum adest, tum levior V. sectio averloria, l. Scarificatio, antecedit, & Vinum adustum incensum, l. Epith. Volat. ad Paralyfin. Medicina Prophylactica Hæmatopojefin restituit Decocto Gvajacino, Antiscorbucis, Amaris & Reg. Antim. Medic. Fonic. l. Setaceis, & Chrystallis Tartari, l. Terra fol. Tart. Pulv. Sternutat. ex fol. Afari & Mari Syriaci &c. mucum e naribus pituitosorum ejicit. Spirituosa, ut angve pejora evitare debent. conf. Tralle de Opio, Sect. IV. p. 162.

Sp. 6. APOPL. COMPLICATA, Metast. & Symp.

a) — Class. I. s. *Febrium*: contin. remitt. l. intermitt. sub frigore; ~~*Apoplectica* Vog. G. 72.~~ S. 9. cfr. sp. 10. Diss.

b) — Cl. II. s. *Dolor*. a) Inflammat. Cephalit., Peripneum., Cynanchis &c. S. 13. b) cruciat. Rheumat. Arthrit. S. 5. Colicæ & Gastrodyn. Sag. cfr. sp. 9. & 12. Diss. cit.

c) — Cl. III. s. *Exanth.* Variolosa, Erysipelat. Miliaris, Scabiei, Trichomat. &c. — Metast. S. 6. cfr. sp. 11. cit. Diss.

d) — Cl. IV. s. *Profluv.* Hæmorrh. & Fluxuum, Vomitus, &c. cfr. Sp. 3.

e) — Cl. V. s. *Nervos.* Epilepticor. S. 8. Eclampsia, — suspir. S. 10. atrabil. Melanchol. Maniacor. S. 12. Hystericarum S. 4. Diss. 14.

f) — *Pri.*

f) — Cl. vi. f. *Privatit.* Comatum, Ephialtidis, Ischuriæ, Asthmat. Asphyxiæ &c.

g) — Cl. vii. f. *Intumesc.* Icteric, Hydrocephali; a Steatomate, Exostosi, Polypo, Vesiculis &c. intra Meninges; a tumore Palatij, Aneurismatum, &c. S. II. cfr. sp. 17. & 21. cit. Diff.

b) — Cl. viii. f. *Marasmus.* Ictericorum a resol. sanguinis, abscessuum, Siphlidis.

*Cura:* Antecedentis tentanda; Prophylaxis morbos primarios respiciat,

Gen. 130. PARALYSIS Auctorum. *Resolutio Nervorum* Lommii. ~~Sartorius~~; Borttagen.

Sensus motusve, vel utriusque defectus, in media l. singulari parte corporis externa.

A) HEMIPLEGIA Sauv. v. Linn. Vog. G. 228.

Apoplectica, in dimidia laterali corporis parte; & Dysenterica brachii unius & pedis alterius lateris, S. I. Sido: Slag. B)

PARAPLEGIA v. Linn. Vog. G. 227. *Paraplexia* Sauv. extremorum inferiorum, c.

Enuresi &c. Haff Borttagen. C) PARTIALIS, Cervicalium &c. *Paralysis* Sauv. v. Linn.

Vog. G. 226. a) Palpebrarum; b) musculorum oculi Stalp. v. d. Wiel; c) musculor. faciei l. anguli oris &c. d) Linguae,

*Glossolysis*; e) Articularum; ~~Ränstolds.~~ *Lom Car*

Spec. I. PARAL. PASSIVA.

a) — a frigore:

b) — ab *Insolatione* & *compotat.* c. Ap. compl.

X 3

c) — Pa-

c) — *Pathematica*: ex ira, terrore, alteratione, Venere, studiis &c. Hemipl. Spasm. S. 2. conf. Paral. exfangv.

d) — *a Venenis*: Emeticis l. Drastrictis, Litharg. fumo Arsenicali &c. Paral. S. 2. b.

e) — *Metastatica*: a repressione Scabiei; Tineæ, Miliaris, a consolid. Ulcer. l. fonticulator. &c. Hemipl. exanth. S. 6. conf. Paral. Compl. Exanth.

f) — *Traumatica*: a ligaturis & constrictione, ictu, lapsu, ruptura, vulnere, luxatione, parturientium a Fractura spinar. Paral. & Paraplex. S. 4. Hemipl. S. 9.

f) — *Simulata*: Hemipl. S. 13.

*Cura Generalis*: Præter V. Sect. Clysmata & Decoct. Tamar. c. Senna, aliaque alvum moventia, Salina alternis diebus l. sæpius repetita exposcit, uti etiam temperantia & refrigerantia Julapia, l. Decoct Avenaceum cum Spir. Nitri dulc. &c. Febrili vehementia sedata, externe commendari merentur Electrificationes & Vesicantia, f. Epith. Vol. Lond. l. frictiones cum Spirituosis, saponaceis, volatilibus. Vapor Spiritus accensi, & Balnea cum formicis, B. Junip. & Sabina aromatizata; Stillicidia f. Embrocationes, cum Spec. resolvent. & Balnea sulphurata calida; atque simul interne Infus. stipit. Ribium nigr. & Dulcam. c. Valeriana & Sale polychr. l. Tartaro tartar. saturatum, f. Serum lactis cum Sem. Sinapi, atque Mixt. Tonica Stahlî, l. Ess. Vitri Antim. Huxh. *Pathematica* Spir. C. C. c. Liq. Mi-

Miner. Frobenii requirit; & quid in *Metastatica* sit agendum, antecedentia indicant. *Traumatica* Trepanationem aliaque Chirurgica requirit. D. D. *Collin* Arnicam commendat; & D. D. *Brisbane*, Tinct. Cantharid. ut Tonicum, ad gr. xx cum Emulf. Arab. adhibitam, non solum in Diabete, verum etiam in Paralyticis & Hydropicis, aliisque cum Spasmodicis complicatis morbis utilissimum observavit. D. D. *Beireis* in Diss. de Paral. Tincturam Vespæ auratæ laudavit.

Sp. 2. PARAL. VENTRALIS.

a) — *Saburralis*:

b) — *Cacochylica*:

c) — *Verminosa*?

*Cura*: Laxantia Digestiva ex Jalappa, Aro & Sale Polychr., nec non Anthelmintica antea commendata præstant.

Sp. 3. PARAL. SANGUINEA.

a) — *Pletborica*: lautius viventium, uti etiam a suppressis evacuationibus; Paral. pleth. S. 1. Parapl. sangv. S. 2.

b) — *Cacochymica*:

c) — *Pingvedinosa*:

d) — *Lactea* puerperarum, Puzos.

e) — *Metastatica*: a consolidatione Fonticulator. l. repulsione Exanth. & ulcerum, conf. sp. 5.

*Cura*: Generalis hic convenit, uti etiam Tinct. Antim. acr. cum spir. Sal. Ammon.

succ. W. & Ess. Casc. vel Decoct. Lignor. a-  
 liaque mundificantia ex Antimonialibus, Scil-  
 liticis &c. modo observes, hanc præ cæteris  
 speciebus requirere non solum V. sect. deriva-  
 tivam, verum etiam evacuatoriam Cubiti I.  
 colli, ad corporis capitisque conditionem  
 modificatam.

Sp. 4. PARAL. EXSANGUINEA, Spasmodica, Pa-  
 thematica & Syncopalis.

a) — *Serosa*: ex Veneris abusu, studiis,  
 vigiliis protr. serum quodpiam in sinibus re-  
 linquens; Paral. S. 12. Hemipl. S. 10.

b) — *Serum* Marasmodica:

*Cura*: Setaceum ad Nucham, & Vesican-  
 tia ad Coxygem, & Spir. Antiscorb. Dr. c.  
 Ess. Cascar. interne, requirit. cfr. Syncop. ab Inan.

Sp. 5. PARAL. COMPLICATA & Symptomat.

a) — *Febrium*: Cl. I. complic. Paralysis  
 c. Febr. a) Parapl. & Hemipl. intermitt. S.  
 6, 8. b) Symptom. Paral. S. 3.

b) — *Dolorum*: Cl. II. cum dolore l. for-  
 micatione: Myositidis, Ischiad. cum l. sine Absc.  
 Gangrænofo, Colicæ, Rachialg. Osteocopi  
 Digtii &c. Paral. S. 2. a. Parapl. S. 5. He-  
 mipl. Arthr. S. 5. — a Cephal. S. 2. Cardi-  
 alg. Paral. S. 7.

c) — *Exanthemat.* Cl. III. Metastatica, He-  
 mipl. exanth. S. 6. Paral. a plicæ sect. S. 7.  
 Hydroph. Phil. Transact. Vol. 13. N. 169.

d) — *Profluviorum*: Cl. IV. Paral. Bilio-  
 sa

fa S. 9. a suppressa Gonorrh. Soc. Med. Havn. Collect. T. II. Enur. Paral. S. 2.

e) — *Nervosor.* Cl. v. cum Tussi, Mania, Convuls. l. Contractura; Hemipl. S. 2. — Epil. S. 12. Hieranosis Chorea, Tetani Raphania &c. Paral. Nerv. S. 11. Beriber. spur. S. 2. Vesaniae.

f) — *Privatit.* Cl. vi. Comatum & Apoplexiæ &c. cum Aponia, Balbutie, Oblivione &c. Dysphag. Paral. S. 3. Cardialg. Paral. S. 7. Hemipl. Ap. S. 7.

g) — *Intumescentiarum:* Cl. vii. c. tumore Artuum, Hydroceph. & Spinæ bif. Parapl. S. 3. Paral. Scorb. S. 6. & Hemipl. Scrophul. S. 5. 4.

b) — *Marasm.* Cl. viii. Siphlicida Cacoëthis; ab exsiccatione Med. spin. Vomicæ, Abscessuum &c. Hemipl. & Parapl. Syphilitica S. 3. 7. Paral. vomicæ S. 10. Apostemat. Hemipl. S. 11.

*Cura:* Antecedentis & Morbi primarii. conf. Vog. Præl. §. 568.

Obf. *Par. Soporosa spuria*, vide Stupor. & *Par. Atonica imperfecta*, conf. Lassit. Paralyticam.

Gen. 131. OBLIVIO v. Linn. Vog. 338. *Amnesia* Sauv. Blömska.

Memoriæ privatio.

Spec. I. OBL. PASSIVA.

a) — *Dietetica:* a) ex ebrietate, Opio &c. S. 7. b) a Venere, S. 1.

b) — *Patbematica*: a terrore l. tristitia S. 5.

c) — *Traumat.* a capitis percuss. l. Vulnere; S. 3.

~~d) — *Senum*: S. 2.~~

*Cura*: Roborantia & Nervina exposcit, usus Cubebarum, Canellæ Alb. Mari veri, Tinct. Valer. Vol. Spir. Salis amm. succ. & Formicar. &c. & Pulv. sternut. c. Castoreo, Salvia, Majoran. &c. Senibus vero Infus. Theæ conducit.

Sp. 2. OBL. SANGUINEA.

a) — *Plethorica*: S. 4.

b) — *Cacochymica*: a consolid. Ulcer. &c.

*Cura*: V. Sectio æquinoctialis & Decoct.

Rad. Chinæ commendantur.

*Marasmodica*  
num. S. 2.

Sp. 3. OBL. EXSANGUINEA.

a) — *ex immodica evacuatione*: Vog. Præl.

*Cura*: Horstius vidit oblivionem cum stultitia successisse illis, qui post longam inediam, comedere inceperunt; ab eupeptis successive sumtis sperari tamen oportet curatio hujus Speciei.

Sp. 4. OBL. COMPLICATA f. Symptom.

a) — *Febrium*: — febrifequa S. 8.

b) — *Dolorum*: a Cephalalg. S. 6.

c) — *Privatitior.* Apoplect. Comat. Paralyt. &c.

*Cura*: Morbi primarii & revulsiva Setaeis &c.



Gen. 132. MUTITAS. Salbrott.  
 Impotentia verba s. sonos articulatos proferendi.

Spec. I. MUT. COMPLETA, s. plenaria loquelæ suppressio. *Mutus. Mutitas* Sauv. Vog. G. 257. Stumm.

a) — *Passiva*: a) a Narcoticis S. 3. b) a longiori lactatione S. 5. b. c) a refrigeratione, tempore menstruationis. Collect. Med. Havn. Voll. II. d) Verminosa S. 9. e) simulata s. proæretica S. 7.

b) — *a Magnitudine Glossæ*: a) a nativo ipsius tumore; b) ex copia alimenti; c) Hydrargyrofa ex inunctione Mercur. d) a calculo linguæ; e) a Mater. Vener. cfr. Vog. Præl. §. 181.

c) — *Traumatica*: a) ab exsectione Glottidis; b) a tortura; c) a contusione colli & a Nervi recurrentis excisione S. 2.

d) — *Surdorum*: S. 8.

e) — *Complicata aliorum morborum*: a) Febrilis & ex inflammat. Cynanchis & lingly. S. 5. a. b) Apoplectica l. Paralytica, *Glossolysis*, S. 1. c) Variolosa. S. 4. b. d) Spasmodica Hystericar. Epilepticor. Capistrat. f. a Spasmo max. S. 6. e) Apostematosa, Ulcerosa, Carcinom. Scirrhusa l. a morbo venereo &c.

*Cura*: Temulentis, Narcoticis, Emeticis & Acidis opus habet; longius lactantis, ablationem; menstruantium a refrigerat. Elix. Propriet. & Verminosa Anthelmintica & Antispa-

tispasmodica requirit: Surdorum vero, ad modum Ammanni, arte speciali removetur: reliquæ l. fugaces sunt, l. remoto morbo primario superantur, l. insanabiles sunt.

Sp. 2. MUT. IMPERFECTA, cum difficultate l. impotentia syllabas quasdam litterasve recte pronunciandi. *Psellismus* Sauv. v. Linn. Stamma.

a) — *Balbuties*, *Psellitis*, Vog. G. 259. f. *Mutacismus*, cum in pronunciando, littera aut syllaba eliditur; a) congenita, S. 5. b) Metallica, deaurantium, pictorum &c. S. 7. c) a *Ranula* S. 11.

b) — *Blæstas*, f. *Traulotis*, Vog. G. 258. five vitiosa literarum pronunciatio; a) *Lambdacismus*, L loco R pronunciatio, S. 3. b) *Fotacismus*, S. 8. c) *Traulismus*, consonantes ex duris, in molles flectens. S. 4.

c) — *Ischnopbonia*; Vog. G. 260. f. *hæsitatio*: vitium pronunciationis, quo syllaba syllabæ cito non copulatur. S. 1.

d) — *Battarismus*: Vog. G. 261. Sermone præcipitat, atque syllabam aliquoties c. celeritate repetit.

e) — *Rottacismus*: ubi lit. R cum stridore l. asperitate profertur S. 2.

f) — *Sibilans*: puberum a vitiosa voce, cfr. *Asaphiam*, inter vitia respirationis.

*Cura*: Deaurantium balbuties Electrificatione curatur. conf. de Haens Ratio Med.

Sp. 3. MUT. COMPLICATA f. Symptom.

a) —

a) — *Labialis*: edentuli, labii leporini; Pfell. Mogilaliæ & Lagostom. S. 6. 10.

b) — *Nasalis*: Coryzæ, Catarrhi, Polyp. nar. Pfell. Nas. S. 9. Paraph. Nas. Cath. a Polyp. S. 2. 3. 8. conf. Asaph. Paraph.

c) — *Palatina*: ex ulcere palati Venereo &c.

d) — *Laryngea, Trachealis, Gutturalis & Pulmonica* Pleumonidis &c. confr. Asaph. sequ. Ord.

*Cura*: Chirurgica & morbi primarii.

## ORDO II.

SUFFOCATIONES v. Linn. *Anbelationes* Sauv. *Tappor.*

Debilitates organorum respirationis morbosæ, Apyretæ, absque Tabæ.

Gen. 133. ASAPHIA Vog. G. 250. *Rorl.*  
Vox obscura, a sono quocunque præternaturali.

Spec. 1. ASAPH. COMPLETA c. plenaria vocis privatione. *Aphonia* Sauv. v. Linn. Vog. G. 253. *Mallus.*

a) — *Passiva*: a) temulentorum S. 3. b) ex antipath. S. 2. c) traumat. S. 6.

b) — *Complicata*: a) Cynanchis & Anginæ; S. 4. b) Hysterica & Melanch. S. 1. 7. Epileptica, Catalept. Tetani; c) Paralytica S. 8. Syncoptica, Comatosa, Mutorum, Rauco-

*rum*;

rum, Catarrhi Suffocativi & Asphyxiæ; d) Aneurismatis, Vomica, Carcinomatis, Steatom. Pleumonidis &c. — Pulmon. & Aneur. S. 5. 9.

*Cura:* conf. curam Mutitatis completæ.

Sp. 2. ASAPH. INCOMPLETA f. Paraphonica, cum voce vitiosa. *Paraphonia* Sauv. *Cacophonia* Sagar. Dljud.

a) — *Clangosa*: a) cum voce gracili. *Leptopbonia* Vog. 254. b) Orthopnoica Sibilaris S. 7. c. stridore acuto anginoso. *Clangor* Vog. 251. *Sibilus*. Pijp. c) puber. f. hirquitallorum S. 1. Målbrott.

b) — *Oxyphonia*: c. voce acuta ejulatoria; Vog. 255. Quid.

c) — *Nasalis* f. Nasitas, quæ ex naribus haud simul editur. *Rhenophonia*; Vog. 256. Paraph. Nasal. S. 2. a) Coryzæ &c. S. 3. b) Gallica c) a polypo S. 6.

d) — *Gutturalis* f. Palatina: ex ulcere palatino S. 4. 3. Måsljud.

e) — *Trachealis*: laryngis & Tracheæ, cum voce rauca & gravi f. Catarrhali, quæ vix nisi a prope adstantibus exaudiri potest. *Raucitas*; Vog. G. 252. Svåsa. Paraph. Catarrhal. S. 3. conf. Rauced.

f) — *Stertens*: dormientium, &c. *Ronchifonus*, Sorla. S. 6. conf. Gen. sequ.

*Cura:* Morbi primarii.

Gen. 134. RAUCEDO Junck. v. Linn. *Bronchæ* Græcis.

Heshet.  
Suf-

Sufflaminata Glandularum faucium, Laryngis & Tracheæ excretio, cum voce rauca gutturali & aspera siccitate faucium.

Spec. 1. RAUC. PASSIVA.

a) — *Endemica*: a subita vicissitudine aëris, a calido l. humido in frigidum & vice versa, Vernalis, Æstivalis, Autumnalis, Hiemalis.

b) — *Diatetica*: a) a protracta vociferatione l. fermocinatione; b) a pulvere in laryngem illapso; c) amygdalina, ex usu Amygdalarum, Nucleorum Avellanarum & Juglandum; d) ex inspiratis acribus, effluviis metallicis &c. e) abusu spirituosorum; f) a frigore ex. gr. si quis ex loco calido, frigidis ventis se exponit, l. in cellam, incalescente corpore, l. potum frigidum copiose haurit; g) a calore phlogisticante l. exsiccante, poros Epidermidis constringente.

c) — *Traumatica*: a) a resectione nervi recurr. b) a fissura Cartilaginis Thyroideæ conf. Vog. Præl. §. 589.

d) — *Senilis*: ex siccitate l. ossificatione Laryngis.

*Cura*: Prophylactica svadet constitutionibus tenerioribus, phlogisticitatem ferosam Diætæ roborante antiphlogistica temperare, se & excretiones moderare, nec vicissitudinibus corpori gravioribus sese committere. Incidente v. morbo, oportet Laxante Lenitivo diversionem promovere, & Inf. Fl. Samb. f. Glechom. hederac. l. Erysimi, uti etiam cum  
Pulv.

*Pulv. dia Trag.* ex Flor. Sulphuris & Gummi Trag. ana Dr. j, S. Fœnic. Rad. Iridis & Croci, ana Scrup. j in novem partes diviso, atque mane & vesperi sumto, Diaphoresin sublevare, & Linctu emoll. ex oleo Amygd. Syr. Altheæ l. Balsamico, c. tantillo Extr. Aquosæ Myrrhæ fauces oblinire. Vitellus ovi, cum Inf. Erysimi, jejuno sumtus, & Gargarismata c. Melle Rosar. & tantillum Vitrioli Albi, plurimum levant.

Sp. 2. RAUC. SANGUINEA.

a) — *Hæreditaria*, Schultzii, a phlogistica constitutione, Lympham coagulante.

b) — *Pletborica*: a) a tenaciori humorum in laryngem adfluxu; b) ex obstructione mens. Helvigii.

c) — *ex acrimonia biliosa* Lymphæ, conf. Junck.

d) — *Metastatica*: a) ab impedita transpirat. e. g. pedum refrigerat. l. a consolid. Ulcer. & Fonticulis, &c.

*Cura*: V. Sectio æquinoctialis, Diæta lactea, Aqua Selterana, fonticuli & Chinata c. Cascarilla, vel Decoctum Rad. Chinæ c. Gvajaco, cacochylicam dispositionem corrigunt; Laxantia v. Digestiva, uti etiam *Pulv. Pector.* n. c. Nitro, & Ant. Diaph. nec non Gargarisma, atque Linctus prædictus, hic c. Arcano Tartar. loco Extr. Myrrh. & illud c. Sem. Sinap. loco Vitrioli saturata, uti etiam Syrupi Rapar. & Raphani sativi &c. Morbum resolvunt.

Sp. 3.

Sp. 3. RAUC. COMPLICATA s. Symptom. sæpius-  
que Metastatica.

a) — *Febrium* malignar. Synochi, Hemitritæi &c.

b) — *Dolorum*: Cynanchis, Anginosa, Arthritica, Rheumat. Gastritidis &c.

c) — *Exanthem.* Petechialium, Variolosa, Morbillosa, Aphthosa, Hydrophob. Erysipelatosa, Syphilitica, Elephantiaseos &c.

d) — *Profluviorum*: Catarrhi Febrilis & Branchi, Ptyalismis, Hæmorrhoidalis, Dysenterica, Leucorrhœica &c.

e) — *Nervosorum*: Hypochondr. Hyster. Tussis siccæ.

f) — *Privatitiorum*: Asaphiæ, Asthmatis.

g) — *Intumesceniarum*: Strumosorum, Hydropicorum, Scorbuticorum.

b) — *Marasmod.* Pleumonidis, Ulcer. &c.

*Cura*: Antecedentis, & quæ morbo primario profunt.

Gen. 135. STERTOR, Sauv. v. Linn. Rossi. Anhelatio sonora c. sono ingrato involuntario.

Spec. I. STERT. NASALIS, cum sono e naribus edito; *Renchus* s. *Stertor*, Vog. G. 271.

*Snarfa.*

a) — *Passivus*, ebriosorum & dormientium.

b) — *Complicatus*, Apoplecticus, Asthmaticus &c.

*Cura:* Causis accommodanda.

Sp. 2. STERT. GUTTURALIS, cum strepitu rhonchifono intra fauces; *Rbochmos* f. *Ronchus*, Vog. G. 272. Sorlande.

a) — *Passivus*: voluntarius, a) Gargarifantis, Gurgling. b) screantium & Rascatoris. Ractel.

b) — *Infantum*: Ronchus Slev.

c) — *Symptomat.* Morientium, Apoplecticor.

*Cura:* Gargarifmatibus &c. removendus est.

Sp. 3. STERT. ANHELANTIS; *Anbelatio* v. Linn. Flåsa.

a) — *Passivus*: a) currentium, b) obesor. c) gravidar. d) Pathematicus.

b) — *Complicatus*: Febrilis, Asthmaticus &c. cfr. Dyspnoeam & Asthma.

*Cura:*

Gen. 136. DYSPNOEA, Sauv. v. Linn. *Asthma Chronicum* Millar. Trångbröstenhet.

Continua respirandi difficultas.

A) DYSPNOEA, Vog. G. 267. levior; B) MACROPNOEA Vog. G. 266. gravior, & per longa intervalla. C) APNOEA, Vog. G. 265. adeo rara & parva Respiratio, ut plane spiritus periisse videatur.

Spec. I. DYSPN. PASSIVA.

a) — *Habitualis*, Pneumonica, a statura corpo.



corporis: a) Gibbosi, Asthm. a Gibbo S. 9. b) a sterni prava formatione, Dyspn. S. 10. b. c) tuberculis crudis Scirrhis, Hydatidibus, Steatom. Polypis &c. Pulm. S. 2. 4. 5. 20. Orth. a lipom. S. 18. — Polypof. S. 26. Asthma a Pol. cord. S. 6. d) ex ossificatione bronchiar. l. cartilaginum, S. 10. c. Pleurod. ab oss. S. 18.

b) — *Accidentalis*: a) ab aëre rarefacto l. pulveribus inquinato, molitorum & lapicidar. &c. Asthm. Pulverul. S. 7. cfr. Tuss. pass. accid. b) helluonum ex abusu Spirituosor. & Opiator. Freinds Emmenol. Cap. xiv.

c) — *Traumatica*: a) a vulnere thoracis, S. 15. b) a sectione N. Phrenit. S. 16. c) a rupto œsoph. Pleurod. S. 20. Orth. tr. S. 14. Asph. Vals. S. 13.

d) — *Gravidarum*: S. 8.

*Cura*: Liberare vias aëreas a materia, quæ infarctum efficit, & quæ dilatationem pectoris impedit, Laxantibus, Resolventibus, Demulcentibus & Tonicis, convenit. Vesicantia scapularia, Fonticuli & Spir. Minder. c. Aceto Scill. & Ess. G. Ammon. uti etiam *Pil. Balsamica Mortoni l. Pil.* de Extr. Ceres. Unc.  $\beta$  Extr. de Peto, Aloës G. ana Scrup. ij. Pulv. Plumm. Fl. Bentz. ana Scrup. j G. Amm. Scr. iv Tereb. Ven. Dr.  $\beta$ . ad Scr. j horis vespertinis & matutinis, c. Inf. ex Herba Scord. & Glechom. Heder. ana Unc. j. Rad. Irid. Fl. Can. alb. ana Dr. ij, concreta resolvunt simulque revellunt. Gravidarum suo tempore evanescit; levatur V. sect. atque Eccoproticis.

Sp. 2. DYSPN. VENTRALIS, c. lingua viscosa impura.

a) — *Saburralis*: nimisque flatulenta. b) ab *Ægagrop. ventr.* S. 13.

b) — *Cacochylica*:

*Cura*: Nimiam acescentiam humorum corrigas, c. Pulv. Stomach. Birkm. & Alliaceis, bisque l. ter in hebdomade c. Laxante Digestivo ex Rad. Jalapp. Rad. Ari & Sale Herbarum, simulque tonum Ventric. & Pulmon. restituas c. Tonicis. cfr. Asthma Stomach.

Sp. 3. DYSPN. SANGUINEA, cum rubore faciei & pulsu suppresso.

a) — *Pletborica*: S. 21. Asthm. Pleth. S. 15.

b) ab Aortæ angustia, Dyspn. S. 22. c) a cessata l. cohibita evacuatione, Asthm. Hypoch. S. 4. b.

b) — *Obesorum*: a) abdominalis; b) a corde adiposo, Dyspn. S. 11. cfr. Complic. Polysarc.

c) — *Cachecticorum*: cfr. Asthma.

d) — *Pituitosa*: a) a pituita pulmones relaxante & infarciante S. 1. b) a Calculis, si ex humore excernendo, in grandinem mutatur & veluti lapidescit. Dyspn. Calc. S. 3. Orth. ab Hydropn. S. 12.

e) — *Metastatica*: a) a consolid. Ulcerum, b) Arthriticorum &c. cfr. Dyspn. Compl.

*Cura*: Phlebotomica & Evacuatoria; Semina nonnulla Sinapis, quovis mane manducata, inter meliora Cachecticis invenies uti etiam Gvajacina Pituitosis.

## Sp. 4. DYSPI. COMPLICATA I. Symptom.

a) — *Februm*:b) — *Dolor*. Splanchnodynica, Arthritica, Anginosa, Myopleureseos, Cynanchis, Pleurit. Peripneum. Gastrodyn. &c. Dyspn. a corde S. II. Cyn. Thym. S. 7. Ang. Thym. S. 14.c) — *Exanth.* Variolosa, Morbill. Erysipelat. Miliaris, Elephantiasis, Herpet. &c.d) — *Nervos.* Tussis, Anxietatis, &c.e) — *Privatit.* Paralytica, Asthmatica, Ephialtidis f. Incubi, Comatosa. Orth. thym. S. 10. b. &c.f) — *Intumesc.* Polyposa, Aneurismatica, Physconia, Polyarcia, Ascitidis, Tympanit. Hydrothoracis, Malacosteonis, Emphysematis, Herniar. Scrophul. Rachit. Scorb. &c. S. 7. 9. 10. 11. d. 12. 14. 17. 18. 19. Asthm. S. 4. a. Orth. S. 5. 6. 8. 10. 26. Hydroth. ab Omento S. 2. Ang. S. 15. 16. confer Asthma Complic. Intumescientiarum.g) — *Marasm.* Pleumonidis, Carcinomat. &c. Orth. ab Empyem. S. 13.*Cura*: Morbi primarii.Gen. 137. ASTHMA Auctorum; *Suspirium* Celsi; *Anhelatio* Lommii. Andtappa.

Anxia inspirandi difficultas, periodica &amp; per intervalla, cum spastica coarctatione Pectoris, affligens.

A) *Chronicum*, ASTHMA Sauv. v. Linn. Vog. 268.B) *Acutum*, ORTHOPNOEA Sauv. v. Linn. Vog. 269.

Spec. I. ASTHM. SICCUm, sine Anacatharsi, c. spastica pectoris coarctatione gravans.

a) — *Suffocativum*, improvide affligens, cum difficillima, stertorosa, s. sibilosa respiratione & motuum feriacione, ast sine plenaria sensuum privatione in principio. *Pnigma* Vog. 270. *Catarrh. suffocat.* Auctor. *Sticksuss.* a) Catarrhematicum senum, a refrigeratione cervicis; b) ab effluviis Carbonum & Lithantracis atque Arsenici? *Asph. S. 2. 16.* Orth. a *Vap. S. 16.* Asthm. Metall. *S. 12.*

b) — *Convulsivum*: a) a deglutitis & in glottidem illapsis, Orth. *S. 9.* b) Artificum, a carminatione Cannabis, Ramaz. deaurator. & Metallifusor. c) a Vino Litharg. Mangonifato, Vog. conf. Spasm. fauc. d) ab ingestis, Caseo, Fungis Venen. &c Orth. *S. 25.* Asthm. conv. *S. 2.* e) ab inanitione, puerperar. a partu, nec non a paracentesi incaute instituta. Orth. *S. 3. 19.*

c) — *Sanguineum*: a) a colluvie viscoso-Cacochoymica Arthriticor. b) ex ossificatione valvular. semilun. & Cordis &c. *Angina Pectoris* Anglor. Medical. Transact. Vol. II. N. 6. & Vol III. N. 1. 2. Medic. Obs. Vol. VI. N. 22. De Berger Act Holm. nova 1780. p. 67. & sequ. cfr. Act. Holm. 1778. p. 79. c) a calculis in corde, Sync. Lanzoni *S. 18.* Asthm. a polypo *S. 6.*

d) — *Verminosum*: Orth. Verm. *S. 17.*

e) — *Metastaticum*: ab Oedemate retro-pulso pedum, Asthm. cachect. *S. 13.* Arthriticor,

ticor. a Diarrhœa, temere suppressa &c. conf. Asthm. Compl.

*Cura:* Occasionalibus remotis, l. contrariis correctis, primisque viis Emetico-Laxante de Manna, Sale Cathartico & Tartaro Stibato evacuatis, vespere Liqueur Miner. c. tantillo Elixirii Paregorici propinetur. Ipecacuanha ad gr. v. quovis mane l. viij quovis alterno die sumta, plerumque emesin movet, & expectorationem simul promovendo, post 2 l. 3 septimanas morbum tollit. Akenfide Medical Transact. D. D. Brisbane Tinct. Canthar. a gtt. x ad gtt. xx, c. Emulsione Camphorata adhibitam, commendat, ut tonicum & antispasmodicum. Post horum usum, Ess. Chinata D. D. Whyttii, c. Ess. Cascar. acuta, utilissima Medicina erit. In Angina Pectoris Anglor. Mixturam Gvajacinam de Bergeri experiaris. cfr. Act. Holm. loc. citato.

Sp. 2. ASTHM. HUMIDUM, sanguineo-Stomachicum; *Asthma Humidum*, s. humorale Auctor. versus finem sæpius per Tussim aliquid viscosum extrudens.

a) — *Plethoricum*: cum faciei rubore &c. — S. 15. b) Hæmorrhoidarior. ab infarctu Hepatis, c. flavedine aliquali cutis, paroxysmis ægrum infestantibus, cum tempestas mutatur. Asthm. Hypoch. S. 4. c) Vernale & Autumnale senum a serosa humorum phlogisticitate; conf. Peripn. noth. Catarrhi.

b) — *Cachecticum*, ex atonia ventriculi & Cellular. pulmonal, atque cohibitis evacua-

tionibus: a) stomachicum — S. 8. b) flatulentum Floyeri — S. 1. c) Pituitosum & grandinosum pneumonicum — S. 17. d) a Crapula Bagliv.

*Cura:* Vena interdum secanda, & alvus facile Cathartico purganda est; posteaque adhibeas Infusum & Pilulas contra Dyspnoeam descriptas, interdum c. Scilla, Hyslopo & Rad. Helenii, l. Cort. Sassafr. acutas. Liquoris Arcani Tartari p. xij c. Extr. Myrrh. Aqu. l. G. Ammon. p. j mixtæ, & ad gtt. 60 bis quotidie consumtæ, uti etiam Nitrosa c. Asellis Onisci, viscidum inflammatorium, l. atrabiliarium attenuat, viscidumque simul pituitosum, æque ac Tinct. Antim. acr. c. Balsamo Ind. n. saturata destruit. Serum Lactis Sinapinum c. Rob Juniperi, perutile etiam his est. Quid Elect. Mundif. n. ad Vertig. Sanguin descriptum, efficiat, experiri meretur. Ad Prophylaxin inservit verno tempore Succis Aperient. l. Urticæ, & æstivo acidulis uti, Autumno v. & Hieme Elixirio Sennæ l. Tinct. Rhei Comp. Alvum apertam servare, & de cætero in aëre quocunque modo depurato versari, ambulatione, frictione & Equitatione uti &c. rurali potissimum vita frui, Diætamque strictissimam Eupeptorum & Oligochylorum sollicite observare debent. cfr. Sauv. ex Floyero.

Sp. 3. ASTHM. COMPLICATUM s. Symptomat. l. Metastaticum.

a) — *Febrium:* Asthma & Orth. febr. S. 18. 20.

b) — *Dolorum:* Peripneum. Pleuritidis,  
Cy.

Cynanch. polyposæ, f. *Asthma acutum frigidulum puerorum*; Arthritidis & Rheumatismi, interdum Metast. Orth. peripneum. S. 1. Asthm. arthr. S. 5. &c.

c) — *Exanthematicorum*: a) Metast. Impetiginosum, Scabios. Variolos. Morbillof. &c. — S. 11. Orth. Variol. S. 24.

d) — *Profluviorum*: Hæmorrhagicum, Whytt. Peripneum. noth. Orth. pseudop. S. 21. a Diarrh. temere suppr.

e) — *Nervosorum*: Epilepsiæ &c. Asthm. Hyft. S. 2.

f) — *Privat.* Ephialtidis, Asphyxiæ, &c.

g) — *Intumescens.* Hydroth. &c. Orth. S. 11. 12. 22. 18.

b) — *Marasm.* Orth. a Vomica S. 7.

*Cura*: Morbi primarii. Episp. ex. gr. Cort. Mezerei intra scapularia in Metastatico plurimum efficiunt.

Gen. 138. ASPHYXIA Sauv. v. Linn. *Mors apparentis*, f. *subitanea* Lancisii; *Suffocatio*; Brådd.

Subitanea & suffocativa Respirationis, Pulsus & Caloris extinctio.

A) VERA suffocatorum; B) SPURIA aliorum Morborum, scil. strangulatoria Spasmodis f. Catarrhi suffocat. & Pnigmatis; f. Pathematica Syncopis, f. Cerebralis Apoplexiæ. cfr. Alph. Compl.

Spec. 1. ASPH. PASSIVA; Potentialis; Risning.  
Y 5 a) — a

a) — *a defectu aëris suffocatio*: a) immerfor. S. 1. b) Mechanica suspenforum &c. S. 4. Ang. a laqueo S. 5. c) cibaria, a deglutitis in asperam illapsis, Orth. S. 9. d) a calore hypocaustorum; e) Neophytor. & Nigritarum, a revers. linguæ, Asph. S. 17. Paragloss. degl. S. 1. f) Pueror. ex minis; g) a Rifu vel Lætitiâ immoderata, in lethiferam mutata S. 17. a. h) a ruptura Vomicæ, cfr. Asph. Compl.

b) — *ab Aëre corrupto, inelastico, Sulphureo, suffocante; Gas sylvestri Paracelsi*: a) a fulmine, c. congestionibus sanguineis pulmonum & Corde exsanguineo, S. 10. b) Aëris stagnati, Multi fermentantis, Fodinarum & Fontium; puteorum, minarum & latrinarum S. 3. 9. 11. Sync. a Ven. S. 10. Orth. a Vap. S. 16. c) a vapore Sulphuris, Phosphori & fumo Carbonum &c. cfr. Asthm. suffoc.

*Cura*: In Aëre puro l. Aceto renovato, frictionibus, Clysmatibus acrioribus, nec non e fumo Tabaci factis, Sectione Jugularium? irritatione faucium, per vices cum Siphone aëreo l. plumula & inflatione, uti etiam Er-rhinis &c. tentanda. Resuscitatis Spirit. Salis Ammon. succin. in- & externe, aliave Ana-leptica <sup>volatilibus</sup> adhibenda sunt. De Neophytorum conf. Sauvag.

Sp. 2. ASPH. SANGUINEA ET PRÆCORDIALIS, Cordis & Pulmonum. Storknab.

a) — *ab obturatione, distentione & ruptura Cordis*: a) a Polypis, Orth. Card. S. 2. b) Aneurismat. c) a balneis frigidis, confr.

Le-

in fixo  
gallij, ut  
hiam



Leskes Abhandlung aus Philosoph. Transact. Vol. V.

b) — *Traumatica*: S. 14.

c) — *Senum*, a defectu sanguinis in Corde; b) ab aëre in ventric. Cordis S. 12. a.

*Cura*: Frustranea.

Sp. 3. ASPH. COMPLICATA f. Symptomatica.

a) — *Februm*: sub frigore intermitt.

b) — *Dolor*. Peripneum. Orth. S. 1. Podagricorum Whytt, Cynanchis &c.

c) — *Exanthematicorum*: Pestis?

d) — *Profluviorum*: Hæmoptyseos.

e) — *Nervos*. Spasmodis, Catalepticos &c. S. 6. 8.

f) — *Privatit.* Synoptica, Apoplectica, Orthopn. Asthm. &c. S. 5. 7. b. 14. 16.

g) — *Intumesc.* Polyfarciaë Hild.

b) — *Marasm.* a Vomica.

*Cura*: Sæpius frustranea.

Gen. 139. EPHIALTES, Sauv. v. Linn. *Incubus* Vog. G. 211. *Asthma nocturnum*.

Marau.

Suffocatio dormientium.

Spec. I. EPHIALT. PASSIVA.

a) — *Dietetica*: a) a crapula; b) infantum ab ingluvie; c) a curis & vigiliis; d) a somno dorsali, Lover; e) a salacitate.

*Cura*: Prophylactice in genere sibi caveant

ant a Spirituosis, nec somnum inclinato capite, nec supini capiant, nec cœnent, sed potius cyathum Aquæ, Cremore Tartari saturatum, sumant.

Sp. 2. EPHIALT. STOMACHICA.

a) — *Saburralis*: cum lingua fordida S. 2.

b) — *Cacochylica* flatulenta a pituita:

c) — *Verminosa*: S. 4.

*Cura*: Laxantia salino-Amara, & Anthelmintica, posteaque Tonica requirit.

Sp. 3. EPHIALT. SANGUINEA.

a) — *Plethoricorum*:

b) — *Hæmorrhoidariorum*: a) a plethora ventrali; b) ex obstructione Mensium.

*Cura*: V. Sect. & acidulis &c. plethoram tam universalem quam partialem dimovere, & paroxysmos prophylaxi generali prævertere, oportet.

Sp. 4. EPHIALT. COMPLICATA s. Symptomatica.

a) — *Febrium*: Tertianaria S. 5.

b) — *Nervosorum*: Melancholiæ mentalis, Eph. Hyp. S. 6. Panophobica, Epileptica.

c) — *Privatitiorum*: Serosa Ventriculor. Cerebri, Apoplectica, S. 3. a. Asthmatica, Elephantiaseos, Lommius.

d) — *Intumesceniarum*: Hydrothor. Eph. ex Hydroc. S. 3. b.

*Cura*: Antecedentis & morbi primarii.

Obs.

Obi. ANGINAM & PLEURODYNEM ad Dolorificos; STERNUTATIONEM v. OSCEDINEM, SINGULTUM & TUSSIM inter Nervosos; RHEUMA ad Catarrhum Profluvior.; HYDROTHORACEM inter Hydropes; & EMPYEMA ad Pleumonidem Marasmodum collocavimus.

## ORDO III.

DYSÆSTHESIÆ Cullenii; Sinnens Brister. Sensationum imminutiones, abolitiones l. depravationes.

Gen. 140. VERTIGO Auctorum Vog. G. 293. *Dinos* Græcis. Swindel.

Singularis affectio Nervi optici & retinae, qua omnia homini cum semetipso moveri & circumagi videntur.

Spec. I. VERT. PASSIVA, accidentalis.

a) — *Dietetica*: a) Crapulosa, a Vino, Cerevisia, vel potu Coffeæ, Fisch. de Senio, p. 164. b) ab esu Cancrorum & repletionem, id. c) ab odore Ovis maectati, nec non ab esu eorum & Suillorum, quam D. Argillander sapius in se ipso observavit; d) a curis nimis & meditationibus profundis; e) a motu vorticoso corporis mari l. terra, si in præcipitia prospiciunt, in altum scandunt, l. instrumentorum fremitum audiunt, l. oculos in amnem præcipiti cursu labentem defigunt &c. — fugax, S. 4. f) a Venere, de Gorter.

b) — a *Venenosis*: Nicotiana, Hyoscyamo.

mo, Lolio, Opio, Odore Rhei, Ledi & putridorum, a vapore Calcis, Lithantracis, Carbonum &c. — a Ven. S. 6. a Mercurio in ossibus capitis, Mangold de Vert.

c) — *Mechanica*: a) a læsione Capitis, concussione & ictu, l. a lapsu ab alto. S. 5. b) strangulatorum; c) a pressione Spinæ contra murum, Fisch.

d) — *Pathemtica*: ab ira, comitantibus tremoribus & duplicatione visus, Fischer.

e) — *Gravidarum*:

f) — a *Vermibus*, in sinu frontis:

*Cura*: Remotis accidentalibus, atque uno alterove Cathartico adhibito, Volatilia Ammoniacalia, cum Valeriana & Analepticis, nec non Sternutatoria, & Acida Antiseptica conveniunt.

### Sp. 2. VERT. STOMACHICA.

a) — *Saburralis*: pastum insequens. — Stom. S. 2. a.

b) — a *vitiis Coli*, Lœfkes Therap.

c) — a *Bile corrupta*, de Gorter.

d) — a *Vermibus*:

*Cura*: Emetico Laxans & Stomachica, cum fructu Cubebæ l. Cortice Drymidis Winteranæ s. Canella alba.

### Sp. 3. VERT. SANGUINEA.

a) — *Pletboricorum*: c. pulsu pleno, a suppressa Epistaxi, &c. — pleth. S. 1.

b) — *Pi-*

b) — *Pituitosa*, Matutina langvidor. Semen &c.

c) — *Metastatica*: a) a materia perspirabili, Arthritica &c. b) Obstipatione alvina l. suppressione Urinæ; c) consolidat. Ulcer. l. Fontic. Mang.

*Cura*: Facta V. sectione derivatoria, & post usum Tinct. Valerian. in pituitosa & Metastatica, commendari potest Setaceum, Fonticulus & sequens *Elect. Mundificans*: Rec. Raf. L. Sanct. Unc. iij, Ciner. Clavell. Dr. j, coque c. quantit. suffic. Aquæ; colaturæ Libr. β. per expressionem obtentæ, adde Sacch. Albi Libr. β & coque ad consistentiam Syrupi, hisque admisce Extr. Gvajaci comp. (scil. resinosi & Gumm.) Dr. iij, Pulv. fol. Sennæ Unc. j, — Jalapp. Dr. ij — Cort. Sassafr. Dr. j, Antim. cr. præp. Dr. vj. Propinetur bis quotidie ad Dr. iβ pro dosi.

Sp. 4. VERT. CALIGINOSA, Cenotica, ab exinanitione, cum caligine. *Scotodinos* Græcis; *Scotomia* v. Linn.

a) — *Inanium*, ab esuritione & inedia:

b) — *Litteratorum*:

c) — a fortiori evacuatione sanguinea, alvina, Venerea, &c.

d) — *Morbor. evacuat.* cfr. Sp. sequ.

*Cura*: Analeptica cum Naphta Nitri, Liquore Frobenii, Spir. Antilcorb. Drav. Tonica c. Ess. Chinata & Cascar., nec non Diætetica cum Eupeptis & Oligochylis adhibenda esse injungit.

Sp. 5.

Sp. 5. VERT. COMPLICATA s. Symptom.

a) — *Febrium*: Simpl. Exanthem. & Dolor. S. 2. b. cfr. Syncopen.

b) — *Profluv.* Coryzæ, Pollutionis, &c.

c) — *Nervos.* Epileptica, &c. — S. 3.

d) — *Privat.* Syncopalis, Comat. Apoplect. Syrigmi, Ischuriæ, &c. S. 1. b.

e) — *Intumesc.* Ictericor. ab Aneurismate cordis l. Aortæ; Hydatidibus, l. aliis Obstr. ventriculor. Cerebri, Mang.

f) — *Marasm.* Pleumonidis, &c. — Syphilit. S. 8.

*Cura*: Antecedentis & morbi primarii.

Gen. 141. AMBLYOPIA Culleni; *Synewilla*.  
Visus sine vitio perceptibili depravatus.

Spec. 1. AMBL. ERRONEA, perceptio corporum imaginaria; *Hallucinatio* Fern. & Plat. *Phantasma* v. Linn. Vog. G. 287. *Suffusio* Sauv. *Parorasis* Græcis.

a) — *Volitantium*: a) in forma Muscarum &c. Suffus. Myodes S. 1. b) reticularis S. 2. c) c. figurarum mutatione — Metamorph. S. 5.

b) — *Colorata*: a) caliginosa s. nigra, *Caligo* Vog. G. 228. b) rubiginosa, *Hæmalopia* Vog. 289. c) flava, cœrulea &c. Suff. colorans S. 4. d) Scintillans, *Marmoryge* Vog. 290. S. 3. 1:0 a contusione 2:0 Symptom. Vertiginosa *Scotomia*, conf. Vertig. Calig.

c) — *Multiplicans*: *Diplopia* Sauv. *Dysopia*

*pia* Vog. 291. *Visus duplicatus* Auctorum; a) Passiva, a contusione, terrore l. temulentia, S. 8. 9. 10. b) Symptomatica Februm, Spasmodicis, Catarrhi &c. S. 1--7.

d) — *Hæmalopia*; Vog. G. 245. Objecta dimidiata l. nutans, Suff. S. 6 7.

e) — *Dormientium*: *Somnium* Vog. 339. Ordinare. a) cum imaginatione & repræsentatione confusa; b) c. imag. vividiori & loquacitate; Talaude i Edmnen. c) cum terrore & subsultu; d) cum ambulatione; cfr. Com. Ambul.

*Cura*: Venæ Sect. f. Hirudines & Salia Laxantia Amara &c. exigit.

Sp. 2. AMBL. RELATIVA, in determinata distantia l. positura objecta distingvens. *Amblyopia* Sauv.

a) — *Hemeralopia*, s. noctu abolitus visus. Vog. G. 244. Crepuscularis Ambl. S. 1.

b) — *Nyctalopia* v. Linn. Vog. G. 243. nocturna. S. 2. Kattögd. Trans. Phil. T. 14. N. 159.

c) — *Proximorum*: *Myopiasis* Vog. 515. *Myopia* v. Linn. S. 3. Närsynt.

d) — *Diffitorum*: *Presbytia* v. Linn. remota solum videntium. S. 4. Långsynt.

e) — *Luscorum*: *Lusciositas* S. 5. Windögd. *Cura*:

Sp. 3. AMBL. ABSOLUTA, objecta c. perspicillis tantummodo discernens. *Amblyopia* v. Linn. Skumbögd.

a) — *Amblyosmos* Hippocr. S. 6.

*i. facpiusq* b) — *Mydriasis*, Vog. 237. c. pupilla dilatata S. 7. Glosögd.

*Cura*: ~~Antecedentis~~, ~~prætereaque~~ *Vitris opticis* subministranda.

Gen. 142. CALIGO Cullenii, Sauv. *Obfuscatio*, *Obscuritas visus*. Swagshnt.

Visus imminutus vel abolitus.

Spec. I. CAL. AMAUROTICA, a vitio Nervi optici, &c. cum plenaria visus suppressione & pupillæ immobili dilatatione, sine visibili oculorum opacitate. *Amaurosis* Sauv. v. Linn. Vog. G. 238. *Gutta serena* aliorum. Swart Starr.

a) — *Passiva*: a) congenita, S. 5. b) fornicariorum, S. 9. c) ab ebrietate; d) a venenis, Belladonna vel Stramonio, oculis applicatis. S. 12. e) a diuturno Solis l. splendentium aspectu, Vog. Præl. f) traumatica, ex commotione l. læsione, capitis l. oculi &c. S. 1. g) ex oneribus gravioribus, Richter; h) a terrore; i) a refrigeratione, Hey Medic. Observ. Vol. V.

b) — *Sanguinea*: a) Plethorica; b) a graviditate, l. Mensium aliorumque profluviorum obstructione, S. 4. c) Cacochymica & pituitosa Metastatica, S. 2.

c) — *Exhaustorum*: a magna sanguinis profusione, vigiliis, Venere &c. S. 16.

d) — *Complicata*: a) Februm S. 13. Metastatica,

ca,



ca, v. Acrell Act. H. 1749. b) Dolorum, Chemoseos, Ophtalmiæ, Richter, Cephalalg. Arthritica, Rachialgica, S. 14. 17. c) Exanthem. S. 11. d) Profluviorum; e) Nervosorum, Hystrica, Epileptica &c. S. 8. & 15. f) Privationum, Syncopis, Comatis, Apoplexiæ, Paralyf. Amblyopiæ &c. S. 7. Cal. a Myosi, S. 20. g) Intumescens. Amaur. Scrophul. S. 3. h) Marasmodum, Venerea, S. 10.

*Cura:* Revellentibus fortioribus, nec non Mercurialibus, Camphoratis &c. imo etiam Setaceis & igne electrico, nec non c) Diæticis nervinis tentanda.

Sp. 2. CAL. CATARACTÆ, f. *Glaucofis*, ex obscuritate lentis, vel dissolutione humorum.

*Cataracta* Sauv. v. Linn. Vog. G. 239.

*Gutta opaca* Arabum. Grå Starr.

a) — *Vera* lentis, a) ChrySTALLINI; b) Capsulæ Lentis; c) humoris. Morgagni, Janin; virgata, luxata &c. S. 1. a. e.

b) — *Glaucoma* Vog. 241. turbatis humoribus. Cal. lactea & Hypoæma, S. 15. 16. Amaur. a Synchysi, S. 6.

c) — *Complicat.* c. inflammat. &c. Cat. S. 2. 3. 5.

*Cura:* Veræ, Operatione D. Davielis, I. Yvestii absolvitur. conf. Richteri Obl. Chir. & D. D. v. Acrell, Chirurgiffa Håndelsser.

Sp. 3. CAL. PUPILLARIS f. *Iridis*, a coalitione ipsius Iridis. *Synizesis* Vog. G. 240.

a) — *plenaria:* Cal. a syniz. S. 19.

b) — *Obturatoria*, a fungosis append. S. 18. Catar. Membr. S. 4. Amaur. a Myosi S. 7.

*Cura:*

Sp. 4. CAL. NEPHELICA, f. *Leucomatica* Corneæ, ex obscuritate, l. vitiis & morbis ipsius. *Achlys* Vog. G. 242.

a) — a *Leucomate*: a) alba; b) nebulosa, Cal. a Nephelio, l. Leucom. S. 5. 6.

b) — *Rhytidosa*: a corrugatione Corneæ, — S. 17.

c) — *Staphylomatosa*, a Staphylomate: a) maculis majoribus, S. 11. b) *Ecchymomatosa*, maculis rubris.

d) — ab induratione l. *incrassatione* *Conjunctivæ* Corneæ: a) *Pannus* f. *Panniolus* Auctor. cfr. v. Acrellj Chirurg. Hånd. b) a *Pterygio* S. 12.

e) — *Complicata*: a) *Vulnerat.* b) *Venera*, S. 13. 14.

*Cura:* Leucomata pedetentim delentur, cum Tutia præparata, tantillum Mercuriali quocunque acuta. Cataplasma a Pulp. Pomor. Libr. j, c. Camph. & Croci, ana, Scr. j, Cel. D. D. & Prof. Richter commendat, ad vulnus deligandum Corneæ.

Sp. 5. CAL. BLEPHAROTICA, a vitiis palpebrarum.

a) — *Ptoſis*, ex impotentia attollendi palpebram, Cal. blepharot. S. 3.

b) — *Anchyloblepharotica*: a) a coalitione supe-

superioris cum inferiori; b) super. e. bulbo,  
S. 1. 2.

c) — *ab excrescentiis Cancrosis, Grandi-*  
*nibus, Hordeolis &c. S. 4. 7. 8. 9.*

*Cura:* Chirurgica.

Gen. 143. PARACUSIS Cullenii, *Syrigmus*  
v. Linn. *Sufurrus* Vog. G. 292. *Titimus*  
1. *Sonitus.* Orsusing, Hörsehwilla.

Auditus depravatus.

A) PARACUSIS Sauv. f. confusio auditus a  
caussis externis. B) SYRIGMUS Sauv. a  
caussis internis.

Spec. 1. PARAC. PASSIVA.

a) — *Dietetica:* a) a Diæta lauta, f. ebrie-  
tate; b) a nidore carbonum; c) a commo-  
tione Cerebri; d) a refrigeratione.

b) — *Traumatica:* a vulnere, l. colapho  
& suspensorum.

*Cura:* Pro re nata, Diætica, Acidulata  
& Chirurgica.

Sp. 2. PARAC. VENTRALIS:

a) — *a nimia flatulentia:* Syr. S. 7.

b) — *a Vermibus:*

*Cura:* Tonicis & Anthelminticis.

Sp. 3. PARAC. SANGUINEA.

a) — *Plethorica:* S. 3. a. & 11. a.

b) — *Metastatica:* a suppress. Hæmor-  
rhoid.

rheid. &c. — S. 3. b. b) a perspirat. suppressa, — S. 8.

*Cura:* Evacuatoria & revulsoria.

Sp. 4. PARAC. AB INANITIONE.

a) — *ab evacuatione*, abusu Veneris &c.

b) — *ab inedia*:

c) — *reconvalescentium*: S. 1. a. b. c.

*Cura:* Analeptica & Tonica.

Sp. 5. PARAC. NERVOSA pathematica, c. siccitate auris. *Oxycoja?*

a) — *gravans*, c. intolerantia soni, Parac. Bary- & Oxycoja, S. 1. 2. Syr. ab Oxycoja. S. 9.

b) — *Duplicata*, c. sono duplicato, S. 3.

c) — *fugax acuta*, c. sibilo, Syr. S. 4.

d) — *diuturna gravis*, c. sulfuro, S. 5.

*Cura* Sedativa; externe Fomentis vaporosis, ex Fl. Chamom Rutz, Valeriana, Galbano &c. & interne Antispasmodicis & Succinatis &c. instituenda.

Sp. 6. PARAC. COMPLICATA f. Symptomat.

a) — *Febrium*: a) maligna, c. sonitu & visus caligine; b) critica Epistaxeos, Syr. crit. S. 2.

b) — *Dolorum*: Cephalitidis & Cephalalgia, Ocitidis & Oralgia. S. 6. 11. c.

c) — *Profluviorum & Nervosorum*: Epistaxeos, Hæmoptyleos, Hæmatem. Hyster. &c.

d) — *Privatitiorum*: Apoplecticorum, Syncopis & Vertiginis, S. 1. d. 10.

*Cura:* Morbi primarii.

Gen. 144. DYSECOEA Cullenii.

Auditus imminutus vel abolitus.

A) DYSECOEA Sauv. *Dysicoja*, Vog. G. 246. levior auditus abolitio. *Lomhørd.* B) COPHOSIS Sauv. *Barycoja*, *Surditas* Latinorum, Vog. 247. *í.* gravior. *Døfhet.*

Spec. 1. DYSEC. PASSIVA.

a) — *Dietetica*: a) ex obturat. meatus, cerumine & corporibus in aurem illapsis. *Dyf. S. 2. Coph. S. 1.* b) Helluonum; c) a refrigerat. d) ex bombardæ explosione; e) Senum; *Dyf. a tymp. duritie S. 4. Coph. S. 4.*

b) — *Medica*, a Mercuriali cura: Vog. Præl.

c) — *Traumatica*: *Dyf. S. 1. & 5.*

*Cura*: Bals. Sulph. Anis. c. Tinct. Aloës, & Spir. Salis Ammon. Succ. l. Ol. p. d. Tartari &c. c. Gossypio applicentur in meatu, uti etiam Vapores ope infundibuli Resolventium, ex Rorem. S. Cym. B. Lauri, Puleg. Formicis &c. & alvus Laxantibus Mercurialibus aperta servetur. Electrificatio & Ambrosiaca in protracta tentanda.

Sp. 2. DYSEC. SANGUINEA.

a) — *Metastatica*: a) Plethorica, a cohibitis evacuationibus, Epistaxeos, Mensium, Hæmorrh. *Dyf. ab Hydrot. S. 7. b. b) Catarhalis*, a suppressa perspirat. Capitis l. pedum; c) ex Ulcer. consolidat. &c. *Coph. serof. S. 6. Dyf. S. 3.*

b) — *Viscosa, Cacoehylica*: a) cum obstruct.

tubæ, Coph. S. 3. Dyf. S. 8. Parac. Willif. S. 4.

c) — *Congenita*: Coph. S. 8.

*Cura*: Facta V. sectione, l. Cucurbitar. applicatione, adhibeantur Laxantia Helleborata, Gargarism. S. Sinapi c. Aceto scillit. Sternutat. Suffimenta ex Succino &c. Vesicantia pone aures, Fonticuli, Pediluvia &c. nec non in Meatu Aud. Pingv. Castor. c. Tinct. Succin. Vol. & Elix. Parg. in Catarrhali, quemadmodum etiam Laxantia, Diaphoretica & Diuretica conveniunt.

Sp. 3. DYSEC. COMPLICATA f. Symptomat.

a) — *Febrium*: a) accident. b) critica, post delirium. Dyf. S. 7. Coph. crit. S. 2.

b) — *Dolorum*: Otitidis & Oralgiæ, Cephalitidis & Cephalalgæ, Arthritidis &c.

c) — *Exanthematicorum*: Syphilitica, cum Herpete sicca. Coph. Syph. S. 5. Dyf. Syph. S. 4. b. b) a repul. Exanthem. Achorum &c.

d) — *Profluvior. & Privatitorum*: Catarri, Apoplectica, Paralytica, Comatosa &c., Dyf. a Myringa, S. 3. Coph. S. 7.

e) — *Intumesc.* Polyposa, Steatomat. S. 9.

f) — *Marasm* Ulcerosa, Fist. S. 6.

*Cura*: Antecedentis & morbi primarii.

Gen. 145. ANÆSTHESIA Sauv. v. Linn. *Anodynia*, Vog G. 284. *Rjänsfällösa*.

Sensationis, tactus dolorisque defectus.

## Spec. 1. ANÆSTH. PASSIVA.

- a) — *a frigore*: Trästagit.  
 b) — *ex usione*: ferrariorum &c.  
 c) — *Nascentium*: S. 3.  
 d) — *Traumatica*:

*Cura*: Frictionibus c. Nive, Ol. Ceræ & Antambustis, atque Electrificatione &c. molienda.

## Sp. 2. ANÆSTH. SYMPTOMATICA.

- a) — *Februm*;  
 b) — *Exanthemat.* Elephantiazeos &c.  
 c) — *Nervosor.* Cataleptica, Melanchol. S. 4.  
 d) — *Privatit.* Comatosa, Paralytica, A-sphyxiæ, Mutitatis &c. S. 2.  
 e) — *Intumescens.* a spina bifida, S. 1. Hydropis, v. Hall. Comment. in Instit. Boerb. §. 416.  
 f) — *Marasm.* Plagarum, Ariduræ, Vitiorum,  
*Cura*: Morbi primarii.

Gen. 146. ANOSMIA Sauv. v. Linn. Vog. G. 248. *Olfactus amissio.* Senn. Lufkåsa.  
 Imminuta l. suppressa facultas odorandi.

## Spec. 1. ANOSM. PASSIVA.

- a) — *Dietetica*: a) Hiemalis, a frigore;  
 b) *Æstivalis*, itinerariorum; c) Tabacomani-  
 corum.

- b) — *Traumatica*:  
 c) — *a Vermibus*: S. 5.

*Curam* absolvit Lac, c. Mentha, l. Majorana, naribus attractum.

## Sp. 2. ANOSM. COMPLICATA f. Symptom.

a) — *Februum* & Phlegmasiar. S. 6.

b) — *Catarrhalium*: S. 1.

c) — *Privatitiorum*: — Paral. S. 7.

d) — *Marasm.* Polyposa, Ozæn. Siphlid.

S. 2. 3. 4.

*Cura*: Morbi primarii.

Gen. 147. APOGEUSIS Cullenii; *Agbeustia*  
v. Linn. Sauv. *Sörforad Smak.*

Sapor imminutus l. depravatus.

Spec. 1. APOG. ABOLITA; *Apogeusis*, Vog. G. 249.  
*Smaklösa.*

a) — *ab exustione lingue*:

b) — *Traumatica*:

*Cura*: Antiphlogisticis & Sialag. tentanda.

Sp. 2. APOG. DEPRAVATA, s. gustus vitiatus. *Apogeusia*, Vog. G. 294. *Förvärd smak.*

a) — *Aquosa* l. *Sicca*:

b) — *Acida* l. *Acris* lixiviosa:

c) — *Pingvis* l. *Stiptica*:

d) — *Dulcis* l. *Amara*:

e) — *Mucosa* l. *Salsa*:

*Cura*: Facta Alteratione contrariis, Ventrículus Ess Chinch. & Calcarillæ, c. Arcano Tartari saturata, suffulciendus est.

Sp. 3. APOG. COMPLICATA l. Symptomat.

a) — *Februum*: a) ex arid. linguæ; b) a Delirio, S. 1.

b) — *Ex-*



b) — *Exanthemat.* Aphthosa.

c) — *Privatitiorum:* Anorex. Apopl. Paralytica, &c. S. 2.

d) — *Cachecticorum:* Ictericorum &c.

e) — *Marasmodum:* Pleumonidis &c.

*Cura:* Morbi primarii.

Gen. 148. ANOREXIA Sauv. v. Linn. *Inappetentia.* Förlorad Appetit, Hungerlös. Famis defectus, & depravata cibarium concoctio.

Spec. 1. ANOR. CRUDA, frigida, cum ore sordido, & privata digestionem, a cruditatibus viscoso-acidis ventriculi. *Dyspepsia* (sc. acida) Vog. G. 277. Svag Matsmältning.

a) — *Diatetica:* a) ab ingestor. quantitate, — a saburra, S. 9. b) ex abusu acidorum, — Neoph. S. 11. a. c) ab insufficienti masticatione; d) a sputatione, & inde exorto digestionis defectu.

b) — *Traumatica:* a vulnere Cyst. felleæ, — Stuart. S. 13.

c) — *Infantum:* a Meconio &c. S. 1.

d) — a *Vermibus*, Tænia &c.

*Cura:* Diætetica strictius observanda, & Stomachica Amara, Card. Ben. &c. c. Salibus Herbar. condita, interponenda. Sem. Sinapi s. Bacc. Junip. ad Dr. j quotidie deglutita, cruda & frigida frangunt.

Sp. 2. ANOR. BILIOSO-NIDOROSA calida, ex ciborum

borum corruptione, c. amaritie, l. forditie oris graveolente, quasi ab ovo incubato, nec non dejectionibus insolite foetentibus. *Dyspepsia nidorosa*.

Elat smak på mat; Osmak.

a) — *Passiva: Diaphthora*, Vog. G. 278.

a) ab ingestor. qualitate putrida l. rancida; b) ab indigestis, Caseo & c. c) Calore æstivali; S. 6. b.

b) — *Biliosa*, nauseabunda; *Anatropæ* Vog. G. 280, a vomitione biliosa, calore, siti, lingua arida, amaritie oris, ægrique temperamento cognoscenda. Anor. bil. S. 6. a.

c) — *ab acrimonia putrida*, bilioso-porracea, l. æruginosa, c. vitiis Jecinoris, Uteri, Lienis; l. a tuberculis ventriculi, a foetu mortuo &c. — Cachect. S. 7. b. cfr. Anor. Complic. Intumescentiarum.

*Curatio*, post adhibitam Emesin l. Catharsin, sublevatur a Diætâ Oligochyla, Acida, Tonicis & Rhabarbarinis intermixta, nec non Acidulis.

Sp. 3. ANOR. VAPPIDA, cum ore glutinoso, flatulentia, & cruditate cacochoymica humorum.

Matleba.

A) Sine alimentorum fastidio: *Astia* s. *Anorexia*, Vog. G. 279. Matt Smak. B) Alimentorum abhorrens fastidium. *Cacositia* v. Linn. *Apositia* veterum. Matwänja.

a) — *Plethorica*: a) a somno meridiano; b) a Diætâ crapulosa & abusu Spirituosorum; c) a congestione sanguinea Menstruantium l. Hæmorrhoidariorum. S. 3.

b) — a

b) — a *Cacochylia* Ventriculi & Chylopo-jeticorum, cum inertia Salivæ & Liquoris Gastrici; Tabacomaniacorum &c. — pituit. S. 2.

c) — *Metastatica*: cfr. Anor. Complic.

*Cura*: Rhabarbarina, Pulvis Digestivus, c. Rad. Jal. Ari &c. vel Pulvis Stomachicus ad modum Birkmanni; Decocta Gvajacina atque exercitia Gymnastica citius frequentanda. Pro re nata, V. sectio, Cucurbitæ, Scarificationes, Hirudines, repetendæ sunt.

Sp. 4. ANOR. NERVOSA macilentorum, maxime a laxitate paralytica Ventriculi orta. *Apepsia* Vog. G. 276. Metbjud.

a) — *Passiva*: a) Tabacomaniacorum; b) ex abusu Spirituosorum. S. 1. c. c) Emeticis l. Purgantibus, Vog. Præl. d) a vigiliis, studiis & curis nimis. S. 5. b.

b) — *Pathematica*: ex ira l. metu & moestitia. S. 5. b) Venere, ab imaginatione non a natura excitata; S. 8. c) Gravidarum.

c) — *Simulata?* s. rectius Symptomatica, Nymphomaniacar. Maniacor. Soporosor. &c. S. 10. cfr. Complic.

d) — *Paralytica*: S. 1. b. Leipoth. Stom. S. 2.

*Cura*: Peregrinationes & Acidulæ Selteranæ, nec non Eupepta mediocriter salita, atque Spir. Antiscorb. Dr. c. Cascarilla; l. etiam Inf. Aqv. Chinæ, c. Spirituoso antea irroratæ, his maxime conducunt. Tonica, s. Amaro-acida, e. gr. Ess. Chinata, c. Gentiana, Corr. Aurant. &c. utilissima Medicina est. cfr. Hæcticam Cl. VIII. Sp. 5.

Sp. 5. ANOR. COMPLICATA, I. Symptom. sapi-  
usque Metastat.

a) — *Februm*: — febr. S. 4.

b) — *Dolor*. Gastrit. Gastrod. &c. S. 12.

c) — *Exanthemat*. Scabiei, Trichom. &c.

d) — *Profluv*. Vomitus &c.

e) — *Nervos*. Melanch. &c. S. 5. & 10. b.

f) — *Privatit*. Comatosa, Apopl. &c.

g) — *Intumesc*. Cachect. Icteric. Rachit.

Hydrop. &c. S. 7 a.

b) — *Marasm*. Hecticæ, Phthois, Cœliacæ &c.

*Cura*: Morbi primarii.

Gen. 149. ADIPSIA Sauv. v. Linn. Vog. G.  
281. Otörstig, Förstlösa.

Sitis imminutio I. abolitio.

Spec. I. ADIPS. PRIMARIA.

a) — *a constitutione frigida* & pituitosa:

b) — *Simulata*:

*Cura*: Temperamentum est alterandum,  
Saliaque Digestiva danda.

Sp. 2. ADIPS. SYMPTOMATICA.

a) — *Dolorum*: Peripneum. Pleuritidis &c.

b) — *Nervosorum*: Delirantis, Tussientium,  
Hystericar. Melanchol. Rabidor. Catalept. &c.

c) — *Privat*. Comatosa, Apopl. Syncopt.

d) — *Marasmorum*: Pleumonidis &c.

*Cura*: Morbi primarii.

Obf. ANAPHRODISIA, cfr. Sterilitatem sequentis Ordinis.

## ORDO IV.

SUPPRESSIONES; *Epischeses* Vog.

Förstoppningar.

Functionum Naturalium circa in- &amp; egesta privationes l. defectus.

Gen. 150. STERILITAS Sagar. *Infœcundatio*.

Abolita facultas utriusque sexus progeniem suam propagandi.

Spec. 1. STERIL. PATERNA, cum impotentia prolem multiplicandi. *Agenesia*, Vog. G. 283.

Dförmidgenhet.

a) — *Anaphrodisiaca*, a penuria seminis.

*Atechnia* v. Linn. *Anaphrodisia* Sauv. *Virilitas exstincta*: a) Chirurgica a Castratione; b) Medica, a Saturninis, Nitro, Mentha, Camphora, Lactuca, Spiritu frumenti &c. Anaphr. Magica S. 3. c) Libidinosor. d) Morbosa, Profluviorum & Marasmodum, Gonorrhœica &c. S. 2. Dyspermat. Mucos. & seros. S. 4. 8. e) ex Onanismo s. Manust. Tissot.

b) — a defectu erectionis: Anaphr. Paralytica S. 1. Dysperm. apractodes. S. 7. b) Senum.

c) — a vitiis ejaculationis: *Dyspermatismus* Sauv. a) Penialis, a pene nimis curvo &c. b) Præputialis; c) *Hypospadiæ* Vog. G. 547. d) Urethralis, a carunculis l. tumore, cap. gallin. d) Hypertonica; e) Epileptica; f) Fistularis, Sauv. 1. 2. 3. 5. 6. 9. Anaphr. ab Urethræ vitio, S. 5.

Cura:

*Cura:* Euepepta Tonica & Aphrodisiaca, ex Vanillis & Alliaceis &c. atque Chirurgica &c. si qua exspectanda erit.

Sp. 2. STERIL. MATERNA, *Sterilitas* v. Linn. *Acyifis* Vog. G. 282. Fructsamhet.

a) — *Habitualis*: a) a nimia gracilitate l. obesitate; b) a mala formatione Clitoridis, Hyminis, Vaginæ l. Uteri, Hermaphrodit. l. a duplicatione Uteri &c. c) a concretis Genitalibus l. natura l. morbis, e. g. Utero Cartilag., Steatomat. Polypofo &c. d) a defectu Uteri l. Ovariorum, l. tubæ Fallop. e) ex habitu ad virilitatem accedente. Vog. Præl.

b) — *ex abusu concubitus*:

c) — *Sanguinea*: a) Menostatica, Sagar. b) a Mariscis vaginæ, Anaphr. S. 4. c) Vascularum.

d) — *Complicata* s. *Morbosa*: a) Profluviorum, Anaphr. Enuretica, Leucorrhoeica l. Menorrhagica; b) Intumesceniarum, Colpocelica, Hysteroptosica, Scirrhusa, Physometrica, Hydrometrica, Ovarialis, a Calculo vesicæ; c) Consumptionalis, Ulcerosa, Carcinomatosa, Cicatricalis &c. confr. Sagaris Syst. Morb. de Steril.

Gen. 151. AMENORRHAGIA. Födstockning.  
Fluxuum sanguineorum assuetorum intempestiva suppressio.

Spec.

Spec. 1. AMENORRH. EPISTAXEOS, s. Hæmorrhagiæ narium intempestiva obstructio.

Stockad Mæbblod.

a) — *Passiva*: a) abusu Acidorum, Saturninorum l. Adstringentium exorta.

b) — *Sanguinea*: a visciditate humorum.

*Cura*: Evacuatoria V. sectione & alvi-  
ductione, Laxantibus Salinis, atque titillatione Schneiderianæ, Receptaculis Ranuncolor. l. straminibus Secalinis, &c. cfr. Epist. Cl. iv.

Sp. 2. AMENORRH. HÆMORRHOIDUM, l. suppressio sverarum Hæmorrhoidum, cum Lum-  
bagine, Ischiade, Anxietate, Dyspnœa,  
Colica &c. *Molimina Hæmorrhoidalia* Au-  
ctorum. *Dys hæmorrhoids* Sagar.

Stockad Gyllenåder.

a) — *Passiva*: a) ex abusu Phlebotomia-  
rum & Adstringentium, nec non Spirituosorum & Acidorum Mineralium; b) a frigore;  
c) a Pathematibus depressivis; d) Senum, Sag.

b) — *Sanguineo-Cachectica* Sedentiariorum,  
a crassa lentaque pituita Meferaicarum: a) do-  
lorifica, cfr. Proctalg. sanguin. Cl. ii. b) c.  
Mariscis, cfr. Varicem Cl. vii.

c) — *Symptomatica*: Profluviorum, Intu-  
mescentiarum & Marasmodum.

*Cura*: Hæmorrhoides rarissime sanitatem  
indicant; hinc pro beneficio Naturæ vix æ-  
stimandæ, nisi morbos graviores mitigent.  
His prementibus, pro diversitate circumstan-  
tiarum s. Naturæ, subministranda Hirudini-  
bus, vel Cucurbitis circa Coxygem, & Bal-  
neis

neis vaporosis, atque medicamentis Eccoproticis, Salino-Amaris, Helleboratis, Sulphure l. Marte acutis, nec non Aquis Spadanis.

Sp. 3. AMENORRH. LUNARIS f. Menstruatio suppressa. *Amenorrhœa* Cullenii, Vog. G. 130. *Dysmenorrhœa*, v. Linn. Sagar.

Stockad Rening, Åsterstod?

a) — *Passiva*: a) Atretica f. Hymenalis; b) a frigore l. refrigeratione; c) a squalore carcerum; d) a conceptu l. graviditate; e) ex abusu acidorum & Saturninorum; Sagar.

b) — *Pathematica* & spasmodica calidarum.

c) — *Sanguinea*: a) Plethoricar. ab extensione vasorum; b) Cachectica & Leucophlegmatica, cum defectu boni sanguinis; c) obstarum, a cacochymia vappida; d) a rigiditate vasorum, rufescentium, cute rigida, vel spissitudine humorum, Sagar; e) Vetular. in Menorrhagiam transiens; f) Symptom. a vitiis Uteri, Scirrho, Sarcomate, Hydrometra &c. Sagar.

d) — *Exsanguinearum*: a) ex aliis Hæmorrhagiar. fluxibus, s. V. sect. exhaustarum; b) Lactantium; c) Tabidarum.

e) — *Hysteralgica* f. Dolorifica. cfr. Hysteralg. Catamenialem Cl. II.

*Cura*: Si plethora gravat, cum Riverio primum Phlebotomia minor in brachio instituenda, & post hebdomada Saphena secari potest; Posteaquæ Balnea f. Semicupia, ligationes femoris, Cucurbitæ cœcæ, Helleborina & Aloëtica, c. Infuso Marrub. Rutæ l. Scord.

fini



fini intento inserviunt, cfr. Act. Ed. Amenorrh. a refriger. & Pathem. calidar. præ ceteris V. Sect. Balnea & Clysmata c. Emoll. & Antispasmod. & Aperientia Crocata c. Assa foetida; & illa c. Colica associata, Ol. Lini l. Amygd. Dr. vj, more D. Hamiltonis requirit; Obesæ v. & frigidaë Chalybeatis c. Amaris, e. g. Chinatis, c. Chalyb. ad modum Thomsonis, & per intervalla Elix. Proprietatis s. acido, c. Extr. Vin. Helleb. nigri utantur; Cachect. a viscositate humorum, Laxantibus Mercurio acutis & Elixiriis incidentibus Amaro-falsis; & d) Eupeptis alimentis & Euchymis. Caute simul & semper prævideas, ne virginibus ex clandestino coitu gravidis, operam dedecoram præbeas. Vetulæ sanguinolentæ, V. Sect. in brachio repetitis, opus habent.

Sp. 4. AMENORRH. PUERPERARUM. Stodadt Ufflag.

a) — *Secundinarum: Deuteria* Vog. 132.

b) — *Loebiorum: Dyslochia* Vog. 131.

c) — *Dolorifica: a) a refrigeratione; b) pathematica; c) Verminosa, v. der Bosch. d) Complicata, dolorifica, inflammat. colicalis, &c. cfr. Hysteralg. Puerperar.*

*Cura:* Facta Sectione Saphenæ, si opus sit, adhibeantur Clysmata Emoll. Epithemata genitalibus apposita externe, & interne Aristolochia c. Antiphlogisticis. cfr. Spec. antec. Secundinæ retentæ manu Obstetricis separandæ.

Gen. 152. AGALAXIS Vog. G. 133. *Agglactatio* v. Linn. Sagar. *Sining.*  
Lactis defectus.

Spéc. 1. AGAL. PASSIVA.

a) — *a defectu papillarum*, l. obstructione illarum.

b) — *Pathematica*, ab alteratione, mœrore &c.

c) — *Dietetica*: a) ex abusu acidorum, Sagar. b) ab inedia; c) a Vermibus, v. der Bosch. d) Libidine; e) abusu Venæ Sectionis; f) Spirituosorum.

d) — *Alumnalis*, dum alumni papillam apprehendere nequeunt, Sagar.

*Cura*: Polychyla cum Antacidis & Lactiferis, Rad. Ligustic. Levistici, Herba Scand. Ceref. Sem. Cumin. &c.

Sp. 2. AGAL. COMPLICATA s. Symptom.

a) — *Febrium*: Phrenitica, Pleuritica, Rheumatica &c. b) *Metastatica*, a deviatione Lactis, Puzos. Agl. erron. Sagar.

b) — *Profluv.* Diarrh. Dysent. &c. Agal. fluxualis, Sagar.

c) — *Marasm.* Pleumonidis &c.

*Cura*: Morbi primarii, cfr. Hecticam.

Gen. 153. DYSPHAGIA Sauv. *Agglutitio* v. Linn. *Acataposis*, Vog. G. 149.

*Halsstopp*, *Swår swålsning*.  
Difficilis l. prorsus impedita deglutitio.

## Spec. 1. DYSPH. PASSIVA.

a) — *Dietetica*: a) ex eduliorum bolo, in Oesophago persistente; b) a neglecta masticatione, — a deglut. — a labar. S. 10. & 17. c) a potu frigido.

b) — *Pathetica*, ex antipathia certi cibi l. Medicamenti, e. gr. Butyri, Rhei &c. — Nauf. S. 9.

c) — *Traumatica*: a) a Veli defectu, palatove perforato, — Lactant. S. 6. b) a Luxat. ossis hyoid. S. 15.

d) — *Semum* Fusiculosa, a liquidis in trach. illapsis. S. 7.

e) — *a Phlogosi*: cfr. Cynanchen, Anginamque.

f) — *Spasmodica*, cum contractione periodica.

g) — *Paralytica* & constans: ubi liquida difficiliter deglutiuntur, quam solida, ut etiam Boli majores facilius minoribus, v. Sviet. Aph. §. 818. S. 3. a.

*Cura*: Partim Chirurgica, partim Antispasmodica, l. Nervina & Dietetica.

## Sp. 2. DYSPH. PHARYNGEA.

a) — *ab excrescentiis* fungosis &c.

b) — *ab officulo* retro Laryng.

c) — *a Calculo palati*: S. 4. a. b. c.

d) — *a Laxitate Uvulae*: S. 19.

*Cura*: Chirurgica, & d) Aluminosis Gargarismatibus &c. perficitur.

## Sp. 3. DYSPH. OESOPHAGEA.

- a) — *ex indurat. Cartil. & angustat. Oesoph.*  
 b) — *a tuberculo Cancroso, &c.*  
 c) — *a Glandula Oesophagea: S. 5. a. b. c.*  
 — *a Sarcom. S. 12. a. — Canin. S. 14.*  
 d) — *ab oclufione Ventric. Thomson.*  
 e) — *a ruptura Oesophagi, Boerh.*  
*Cura: Palliativa.*

Sp. 4. DYSPE. COMPLICATA f. Symptom.

- a) — *Februm: — a ficcit. S. 18.*  
 b) — *Dolorum: Cynanchis, Anginæ.*  
 c) — *Exanthemat. Aphthosa, Variolosa,*  
 Hydroph. S. 8. &c.  
 d) — *Profluv. Catarrhalis.*  
 e) — *Nervof. Hystericar. Spasmodicis, Te-*  
 tani, Hyft. S. 1. 2.  
 f) — *Privatit. Syncoptica, Apoplectica,*  
 Paralytica, Dyspnoica, Asthmat. Aphyxia &c.  
 S. 3.  
 g) — *Intumesc. Glandulosarum Thyroi-*  
 deæ, &c. S. 12. 13. 16. Ang. Polyp. & Bron-  
 choc. S. 15. 17.  
 h) — *Marasm. Ulcerosa, &c.*  
*Cura: Morbi primarii.*

Gen. 154. OBSTIPATIO v. Linn. Vog. G.  
 128. Sagar. Förstopning.  
 Tarda alvi dejectio, sæcumque impedita &  
 molesta exoneratio.

Spec. I. OBSTIP. PASSIVA.

- a) — *Diatetica: a) Meconialis infantum,*  
 b) *a devoratis Nucleis, Calculis &c.* c) *Scy-*  
 balo-

balosa sedentiorum, &c. a neglecta exoneratione matutina; d) cibaria, ab ingestis sicioribus, & neglecta potatione.

b) — *Medicamentosa*, Sagar.

c) — *Pathematica*, a mœrore:

d) — *Gravidarum* & *Puerperarum*:

e) — *ex intestinorum angustia* l. coalitione, Vog. Præl.

f) — *Senilis*:

g) — *a concretionem ani*: cfr. Histoire de l'Acad. Par. A:o 1771. in D. D. & Prof. Murrays Medic. Bibl. Tom. II. p. 60. recensita.

*Cura*: In genere promoveatur alvus Laxantibus Digestivis ex Jalappa, Aro & Sale Amaro; Clymatibus; Suppositoriis ex Sebo, Sapone, l. Alumine Ol. Lini illinito &c. l. fumo Tabaci imprimis in ventrem inflato, Balneis & Semicupiis, atque Sero Lactis Tartarificato &c. Senes speciatim Chocoladam & Cremores Avenæ c. Oleosis; Infantes Mannam l. Cassiam, c. Ol. Amygd.; Gravidæ Elect. Lenit. c. Manna & Tart. Tartar.; Calculosi Laxantia cum Antispasmod. mixta adhibeant; Traumatica opem Chirurgicam requirit. *Pilulas Tonicas Baebri*, ex Unc. ꝑ Extr. Vin. Hell. n. atque Extr. Aqv. Myrrhæ, & Scr. v Pulv. C. Ben. compositas, & ad Scr. j l. ij propinatas, Galli laudant.

Sp. 2. OBSTIP. VENTRALIS, c. flatulentia. Bussinn.

a) — *flatulenta*, ex atonia ventriculi: cfr. Empluy

b) — *ex inertia bilis*:

c) — *Calculosa* & *Verminosa*:

*Cura*:

*Cura:* Antecedentis, c. Amaris & Chalybeatis, nec non Anthelm. subministrata.

Sp. 3. OBSTIP. SANGUINEA.

a) — *Pletborica:*

b) — *Cacoehylica*, a crassa lentaque pituita Meseraicarum l. Polysarcia:

*Cura:* V. Sect. æquinoctialibus, nec non Laxantibus Salinis instituenda. Prophylactice Polysarcicis conducit, Cyatho aquæ l. infusi frigidi, c. trustulo panis acidi comm. mane frui, postque horam unam alteramve alvum quotidie sollicitare.

Sp. 4. OBSTIP. COMPLICATA f. Symptomatica.

a) — *Febrium:* Simplic. Inflamm. & Exanthem.

b) — *Dolorum:* Gastrodyn. Colicæ &c.

c) — *Profluv.* Hæmopticor. Leucorrh. l. a nimia sudatione &c.

d) — *Nervos* Hysteric. Hypochondr. Maniacor. Tetani, &c. Obst. spastica, Sagar.

e) — *Privatit.* Obst. Paralytica, Sagar.

f) — *Intumesc.* Ictérica, Polysarc. Ascit. Tympanit. Rachit. Herniosa, a Viscer. tumoribus, Obst. Phymat Sagar.

g) — *Marasmodum:* Atrophia &c.

*Cura:* Morbi primarii, antecedentibus suffulta.

Gen. 155. ISCHURIA Auctorum, Vog. G.

129. Anuria; Urinæ suppressio, l. retentio

Hoffm.

Stänman.

Chro-

Chronica vel sæpius recidivans, interdumque indolens & plenarie suppressa, vel saltem insigniter imminuta, excretio Urinæ.

Spec. 1. ISCH. URETHRALIS, c. Dysuria, l. Pudendagra colis, & expansione Hypogastrii, ab Urina intra vesicam collecta, & unice Catheteris adjumento effluente.

a) — *Passiva*: a) Calculosa, a calculis Urethræ impactis, S. 32. cfr. Leskes Auserl. Abh. T. III. p. 71. b) Verminosa? S. 37. c) a sanguinis grumo, S. 34. d) Mucoso-membranacea, S. 3. & 36. e) a retractione penis, S. 41. f) Inflamm. Traumatica, a ruptura Urethræ in Scrot. S. 40. g) a parietum Urethræ clausura, ex cicatricibus l. carunculis &c. S. 38. 39. & 44. — *Paradoxa*, S. 30. cfr. Dysur. h) ex concretionem hymenis l. labiorum vulvæ. S. 29.

b) — *Complicata* f. Symptom. a) Dyfuri-ca; b) Pudendagrica colis; c) Phlegmonodea Phimoseos, aliorumque morborum Urethræ, sæpius Venereorum; S. 43. cfr. Cl. II. d) a morbis vicinarum partium, Prostata, Vesicular. femin. ex Abcessu inter Vesicam & Rectum &c. S. 31. 35. b.

*Cura*: Impacta & Obstruentia Antiphlogist. Oleosis, Fomentis emollientibus, Candelis cereis, nec non operatione Chirurgica dimovenda sunt. cfr. Dyfuriam Cl. II.

Sp. 2. ISCHUR. VESICALIS f. Cystica, c. Dysuria l. Tenesmodica Proctalgia & Intumescen-

tia Hypogastrii supra os pubis, atque Catheterico urinæ effluxu. *Ischuria vera Schachtii.*

a) — *Passiva, ex heterogeneis Vesicæ:* a) Calculosa, S. 19. *Dyl. calc.* S. 12. a calculis, peculiari Capsula inclusis, *Act. Holm.* b) Verminosa, *Alcar. &c.* c) a grumis sanguineis, S. 24.

b) — *Passiva, ab Utero:* a) Gravidar. Nephralg. S. 16. & Parturientium; b) a calculo Uteri, *Ephem. N. C.*

c) — *Passiva, ab intestino recto:* a) scybalis & flatibus; Calculo l. *Hæmorrhoid. cœcis,* S. 27.

d) — *Sanguinea:* a) *Hæmorrhoidalis,* a varicibus Vesicæ; b) a lentore sanguinis & viscositate humorum; c) a Mensium suppressione, *Vog. Præl. cfr. Dysur.*

e) — *Spasmodica, c. constrictionis signis circa collum Vesicæ, & difficillima Catheteris applicatione, sine signis Calculi:* a) a frigore, *D. D. & Arch. Zimmerman.* b) a repulsione Tinæ, *Theden in Nov. Act. Nat. Cur. T. v.* c) a contusione, ictuve in pubis l. perinæi regione, — a sphinct. spasmo, S. 20. d) a mucositate, S. 25. *cfr. Dysur.*

f) — *Paralytica, plerumque c. absentia doloris & sensus:* a) a casu ab alto; b) a mora in aquis frigidioribus; c) ætate senili &c. S. 21. a. b. d) a lotio vesicam distendente, S. 22.

g) — *Complicata s. Symptom.* a) ex inflammatione Vesicæ, S. 18. *cfr. Cystit. Cl. II.* b) ab



ab aliis morbis vesicæ, sc. Fungis & excrement. fungosis, Act. Holm. 1758. cfr. Morgagni Opera, Epist. 41. 43. 46. 49. 66. a fungis Caseosis, Nob. D. D. v. Acrell Chir. Hånd. p. 407. a Vesiculis Lymphat. & Vesicæ Tumoribus, Transact. Phil. Conf. Ludvigii Advers. Med. pract. Vol. II. P. IV. a calloso l. cartilaginoso colli habitu, l. protuberante Caruncula, Lieutaud in Act. Par. ex Apostemate l. Ulcere, S. 23. l. Herniis l. Exocyste, S. 26. c) a morbis Uteri: Hysteritide, cfr. Cl. II. ab Hydrope, Tumore l. prolapsu ipsius, S. 28. d) a morbis Intest. Recti, l. Vesicular. Semin. abscessu, &c. S. 26. e) a morbis imi ventris, sanguinis effusione, delapsu l. ruptura ventriculi, &c. Vog. Præl.

*Cura:* In ipsis Paroxyfmis Calculi, Balnea, Clysmata, Infusa Malvæ, l. Erysimi, Rapar. &c. & Decocta, ad modum Foresti correctâ, c. Oleosis, indicentur; genuina v. extra paroxysmos respiciat constitutionem corporum & absolvatur ejusmodi mediis, quæ pituitam sanguinis in suis elementis destruant, novamque genesin ipsius impediunt. Sapo Alicantinus c. Extr. Tarax. Summit. Betulæ & R. Jalappæ; Pareira brava atque Chinata c. Cascarilla constitutionibus frigidis profunt, uti etiam Succus Raphani, & Rob Junip. Polyfarcicis. Aliis iterum Spir. Antiscorb. Dr. convenit, imprimis phlogisticis; nec non Uva Ursi, atque Aqua Calcarea Ostracodermatum, interdum c. Aqua Selterana intercepta aliis, maxime v. Ulcerosis, quibus Diæta Lactea simul

mul utilissima. Contra Spasmos Antispasmodica certis temporibus alternanda, & reliquæ causæ primariæ, quantum fieri potest, convenientissimis dimovendæ sunt. Si v. removeri nequeunt, Troicar obliquum, ad modum Thedeni, per rectum applicandum est.

Sp. 3. ISCHUR. RENALIS ET URETERICA, c. defectu lotii Vesicalis & sine desiderio mingendi. *Ischuria spuria*, Schachtii.

a) — *Passiva*: a) Calculosa, c. femoris stupore, vomituritione &c. 1:0 Renalis & 2:0 Ureterica, ad orificium infer. ureteris, S. 2. 13. 17. b) Verminosa? S. 6. Nephralg. Verm. S. 9.

b) — *Sanguinea*: a) Plethorica, Isch. S. 3. & 4. b) a sanguine congrumato intra orif. inf. ureteris, S. 7. 14. 17. b. Nephralg. hæmat. S. 17. c) a mucos, pituita l. pure, orif. vesicæ ureterum obstruente, S. 8. 9. 15. 16. 17. c. cont. Dysur.

c) — *Suppleta*, a Diarrh. l. Sudore, S. 11.

d) — *Complicata* s. Symptom. a) Inflammatoria, S. 1. & 12. cfr. Nephritidem. b) Nephralgica, cfr. Splanchnod. Renalem; c) Spasmodica, Convulsionum, Tetani, &c. S. 5. cfr. Dysuriam. d) Paralytodæa, S. 10. 21. c. e) a Tumore, vasa Emulgentia, Renes l. Uret. comprimente. Nephralg. Scirr. S. 15. f) Ulcerosa.

*Cura*: Liquor. Nitri regener. p. vj, Bals. ind. n. p. j. ad gt. xxx. l. ultra, viscidam inflamm. in urinariis viis suboriundam tollunt, earum-

earumque viscidum putridum resolvunt, unguinosum destruunt, & diuresin promovent. cfr. Pœrneri del. Pharm.

Gen. 156. ADIAPNEUSTIA Sag.

Stockad Urdunstning.

Transpiratio impedita, ad varias Cachexias, aliosque morbos, pro diversitate causarum, & quantitate atque diversitate materiei, disponens.

Spec. I. ADIAPN. PASSIVA, a causis accidentalibus evacuationem sufflaminantibus.

a) — *Dietetica*: a) a cibo valde pauciori; b) Aëre frigido, cœnoso & humido; c) a vestium assuetarum ante solstitium depositione, maxime ex calefacto corpore; Adiapn. frigeralis, Sag. d) a pingvium applicatione; e) a somno turbato; f) a coitu nimio; g) a dolore; h) a neglecta exercitatione corporis &c. Conf. Sanctor. & Gorter. de perspir. insens. Cap. XII.

b) — *Pathematica*, a mœrore, timore & tristitia.

*Cura*: Eccoprotica & Diluentia Diaphoretica, e. gr. Serum Lactis Vinosum, Infusa Theiformia, Sambucina & Gvajacina &c. Camphorata, Ammoniacalia & Antimonialia &c. variaque exercitia corporis, perspirationem incitant & promovent.

Sp. 2. ADIAPN. STOMACHICA.

a) — a defectu saliva, l. inertia bilis, sputatorum &c.

*b)* — *a debilitate ventriculi, & defectu primæ & secundæ concoctionis.* cfr. de Gorter I. cit.

*Cura:* Eupepta Alimenta & Stomachalia requirit. cfr. Anorexiam.

Sp. 3. ADIAPN. SANGUINEA.

*a)* — *Pulmonica, a defectu tert. concoct.*

*b)* — *a Diathesi phlogistica:*

*c)* — *a Dyscrasia humorum:* colluvie ferrosa Phlegmaticorum, viscosa Leucophlegmaticorum, acida Hypochondriacorum, acria atrabiliariorum. cfr. Cl. I. notam (*a*).

*Cura:* Pro diversitate Diatheseos & Dyscrasiarum, V. Sect. aliisque Antiphlogist. & Resolventibus in-, atque Balneis vaporosis externe, instituenda. conf. Atroph. Marasmodicam Cl. VIII.

Sp. 4. ADIAPN. COMPLICATA s. Symptom.

*a)* — *Febrim:* — Febrilis, Sagar.

*b)* — *Dolorum:* Rheumatismi, Arthrit. &c.

*c)* — *Exanthem.* Variolosa, &c.

*d)* — *Profluv.* — erronea Sagar.

*e)* — *Nervos.* Catalepseos, &c. — Maniacor, Sag.

*f)* — *Privatit.* Syncoptica, Comat. &c.

*g)* — *Intumesc.* Cachexiarum &c.

*Cura:* Morbi primarii. ▶